Ad usu D. Agathangeli.

P. CHRISTIANI
HELWICH
ſſertatio oppoſita
cuſſioni rationum ſuarum
ſelectarum Peſarovianæ
Cum
RESSIONE DE SCHISMATE.

AD

erendiſſimum ac Perilluſtrem
DOMINUM
N. MICAELEM
FIBIGER,
i ac Militar. Ord. Cruci-
r; cum rubeâ ſtella per Poloniam
& Sileſiam ut & Hoſpitalis ad
S. Mathiam
MINUM & MAGISTRUM &c.

Cum licentiâ Ordinarij.

GLACII,
primebat ANDR. FR. PEGA,
M. DCC.

Imprimatur.

JOAN. HEIN. Schwert
L. B. de REIST.

CENSURA.

PErlegi D. CHRIST. HELWICH Dissertationem oppositam discussioni suarum rationum selectarum Pesarovianæ, *in qua, si ut Catholicæ fidei Professor loquar, nihil moribus ac Ecclesiæ Romanæ dissonum observavi, si vero tertius vel neuter de ea ac Pesovij discussione judicare possem ac deberem, HELWICHIO viro in libris longè versatissimo ac in Doctrina solido primas incunctanter darem neq; dicerem Pesarovium solidè infringi ab Helwichio, nisi corde ac ore teste hæc veritas firma staret, proindè opus Helwichij mihi amicè legendum traditum publicâ luce censeo dignum.*

Fr. Wolterus Schopen
Theol. Card.

JLLUSTRISSIMO

DOMINO,

DOMINO

JOSEPHO,

COMITI de WERBNO RYDZYNSKY,

Domino meo plurimùm Colendo,

Salutem & omnigenam prosperitatem!

JLLUSTRISSIME DO-
MINE COMES!

WErbnæorum Fam-
lia avito generis ſpl
dore adeò emicat, u
non annos ſed ſecula ejus enu
merare facilis labor ſit. Ex h
ſtoriarum enim Monumentis l
qvidò conſtat, Nono à ſalutifer
Virginis partu ſeculo Wrbos
laum conditorem ſtemmatis hu
jus immortalibus factis Nome
ſuum æternitatis faſtis felicite
inſeruiſſe. Et hoſpe
ac peregrinus ſit in annalibus
qvi ignoret ſexcentos ultra an-
nos (longum mortalis ævi ſpa-
tium) Wrbnæos Comitis digni-
tate fulſiſſe, ut videas qvòd non
immeritò diligens & accuratus
rerum

rum Bohemicarum Scriptor
lbinus Wrbnas antiqvissi-
nos Comites nuncupet. Et,
væ est generosissimæ prosapiæ
licitas, horum aliqvi sacris di-
itatibus eminuerunt & vel ce-
berrimis Episcopalibus Eccle-
s, Vratislaviensi, inqvam, Olu-
ucensi præfuêre, vel inter Præ-
tos præcipuum invenere lo-
um, nec enim excidere memo-
iæ possunt illustria nomina
Ieinrici & Stanislai Vratisla-
iens. & Olumucensis præsulum
k Johannis Comitis à Werbnô
Rydzynsky Scholastici Posna-
iensis & homonymi Canonici
Gnesnensis & ArchiDiac. Posna-
niensis & Fraustadiensis Præp.
alii belli artibus & rebus forti-
ter gestis inclaruerunt, gratâ

 adhùc

adhuc memoria recolimus h
roicum animum Joh. Comitis
wrbnô Rydzynski Castelar
Mederacensis & dextram, q
hostium dux occubuit, invictar
deprædicamus; alii summ
gessére Magistratus in Bohemi
Moraviâ, Silesiâ, in celeber
rimô Poloniæ regnô, (in qvo
à Comitibus wrbnæis clypeur
liliatum fuisse introductur
ex Silesiâ Okolsky fatetur) a
rebus Patriæ id exigentibus præ
sentissimis sese exponere peri
culis minimè dubitarunt. Cre
dit hæc posteritas, nam lapide
in Templo Rydzynæ (qvæ o-
riundis ex primogenitô Johan-
nis Comitis à Wrbno, ad qvos
& comitatus Czerninensis de-
volutus est, Nomen Rydzyn-
sciorum

orum fecit:) Frauſtadienſi
ſnanienſi ac alia diuturnitate
mporis ferè exeſa Monumen-
loqvuntur. Hinc ut alibi ita in
loniâ Splendidisſimæ qvæq;
amiliæ Oppolinſciorum, Gru-
iniorum, Rogalinsziorum,
oinſciorum, Dönhofiorum &c.
uic proſapiæ per Connubialia
œdera connecti amarunt. No-
ilisſimus ille ſangvis cum in
e, GENEROSISSIME COMES,
ransfuſus ſit ab Jlluſtrisſimô
atre Tuô CAROLO Comite
e Werbnô Rydzynsky Pincer-
â Calisſienſi, Judice ſurrogato
oſnanienſi, majorum Tuorum,
umprimis verò Parentis Tui
upra laudem poſiti exempla in-
uitus ad magna incitaris. Con-
atus Tibi & à teneris plan-

tatus amor noſſe hiſtoriam
Geographiam ſtudio nobili a
mô dignisſima, in qvibus tantu
excellit Jlluſtrisſimus Paren
ut paucos in his pares, nem
nem verò habeat ſuperiore
magnô ardore celebrior
hiſtoricos conqviris, nocturn
diurnâq; manu verſas ac in ſu
cum & ſangvinem converti
pulchrè facturus, ſi juris not
tiam junxeris. memor Priſci i
lius; Domum Juris-Conſul
eſſe domum Oraculi qvod im
pletum vides in Jlluſtrisſim
Dominô Parente juris omni
cumprimis verò Polonici peri
tisſimô, cujus reſponſa gravis
ſima reqvirit nobilitas & æqvis
ſimis judiciis acqvieſcit pars
magna Sarmatiæ. Hôc pacto
gradum

adum Tibi Comes Jlluſtrisſi-
e, ſtrues ad ſemper duraturam
minis celebritatem; & cum
ltisſimis moribus ac elegan-
ribus ſtudiis jam in Te amo-
m accenderis Svecorum, Da-
rum, Batavorum, Germano-
m, qvos nuper cum Legato
loniæ adiiſti, qvorumq; me-
orabilia laudatisſimo auſu in
eras retuliſti; Eundem an-
bis in Bohemiâ, Galliâ, Italiâ,
as Regiones ſub Divinis au-
iciis luſtrare cupis, imò & ad-
irationem Tui paries, ſi eô,
ô cœpiſti, tramite perrexeris.
vod qvidem ut facias, magno-
rè rogo. Et certè, ut Tibi ſpon-
currenti calcar adderem, hunc
bellum ſubmiſsè offerre decre-
vi

vi & eô qvidem magis, qv
Werbnæorum pietas in relig
nem (nam Majores Tui & Gi
ſovienſe & Swidnicenſe ac a
fundârũt Cœnobia) ſemper fu
rit maxima, qvod levidenſe m
nus ut benignis ſuſcipias ocu
obſervanter oro. Olim majori T
bi, ſi DEUS voluerit, litabo a
alibi fuſiùs Familiæ Tuæ deco
enarraturus. DEUS Te omi
bus bonis largisſimè cumulet
Familiam Tuam usq; ad fine
Seculi jubeat florere. Ita vov

TUÆ JLLUSTRISSIMÆ
DOMINATIONIS

deditisſimus

CHRIST. HELWICH, I

Reverendissime ac Perillustris
DOMINE PRÆLATE
Domine, & Fautor Colendissime.

DFfero eâ, quâ par est, observantiâ Tibi libellum præsentem, cum sciam, ô in amore & pretiô Tibi sint ri. Quod Cicero de Catone ondam suô prædicavit, in eô in haustam legendi fuisse aviditan, illud & de Te, Reverendissie præsul, affirmare non erube. Et tametsi hôc nostrô temre studia infra dignitatem illuium virorum esse jactetur, alia men Tibi mens, qui probè no-, multis in imperatoriô & Reli thronô studia non sorduisse. ridericus 2. Imperator, quic-

 quid

quid habuit otii, legendis & vo-
tandis libris impendisse fert
Carolum M. inter belli strepitu
Musis litâsse accepimus. Eor
vestigiis institit Francisc. 1. Ga
arum Rex, qui prandens at
cœnans semper de literis lo
solitus. In Sacrô Ordine innu
rabiles entheâ ad libros excuti
dos vi fuêre rapti; vivunt
hùc in memoriâ omnium litera
rum Origenes, ex recentiori a
te Baronius, Tostatus, qui sc
le discutit omne, ac cum alii m
ti ex Societ. Jes. tum præprimi
lustres illi, Bellarminus, Sirmo
dus, Petavius, Delrio, Corneli
Lapide, & qui hodie concinn
dis cum Orbis applausu Sancto
actis insudant, ut ex Ordine S. D
minici aliisq; Albertos Magn
Thomas, &c. silentiô præte

al

n. Ille librorum amor Te accen-
t, ut dc Bibliothecâ illâ insigni
S. Mathiam in meliorem trans-
renda locum & Ordinem cogi-
ris, & sub Divini Numinis Au-
iciis cogitata feliciter perfeceris
antus enim Thesaurus provi-
entiâ Tuâ jam asservatur in locô
berrimô ptospectu ac abundan-
luce ad delectationem omnium
udenti, qui in antiquis loculа-
nentis & repositoriis in tenebro-
ô & obscuro Museo ante custo-
iebatur. Sed hoc tuo non suffici-
bat ardori, Reverendissime Dne
Prælate ; eundem modò invi-
tendô augere voluisti, & locuple-
are charis & raris Monumentis:
Certè inter illa cum approbatione
omnium, qui harum rerum noti-
titiam habent, refero 70. Interpre-
tum Versionem, Bibliothecam

Patrum, S. Athanasium, Grego
Magnum, Hilarium, Greg. Tha
maturgum, Balsamonem, Di
nysium Areopagitam & alia P
trum opera Parisiensibus Typ
excusa, quibus, non invitis eruc
tioribus annumerare liceat meli
res editiones S. Justini Mart
ris, Clementis Alexandrini, A
nobii, Chrysostomi, Gregorii N
zianzeni, Coccii Thesaurum, I
Censum pretiosorum operum to
mos vastos Augustini Barbosæ
Raynaudi, P Olivæ ac Vorbu
gii &c. etiam nemine repugnante
refero. Tuebuntur quoque locum
suum Bellarmini reliqua præte
controversias, Pineda, Didacu
Stella, Barradius, Lobetius, Mei
bomii historica, Hortlederus
Thuanus, Patinus de Numisma-
tibus, Begeri thesaurus Branden-
but-

urgic. Cardinal. Noris lucubra-
ones, acta eruditorum Lipsiensi-
m, ac multa alia opera, quorum
omina chartæ hujus angustia
on admittit. Nefas tamen sit hîc
ilentiô prætermittere selectam
Possevini ac Gesneri Bibliothe-
am, & hujus Pandectas, ac Liba-
ii & Alexandri Aphrodisiensis
volumina, quæ hodie in officinis
Librariis frustra quæruntur. Hos
ac complures alios selectismos li-
bros intra breve tempus compa-
râsti, ac alios indefessô studio quo-
tidie ex latebris eruis publicisque
utilitatibus destinas. Quod ergo
quondam Cardinal. Bessarion ad
Venetos scripsit, illud & Tu, Per-
illustris Dne, salvâ veritate affir-
mare poteris, Te à tenera ætate,
laborem, operam & studium in
conquirendis libris in omni sci-

entiarum genere consumpsisse. Hieronymo tanto fuere gaudi Origenis Volumina, ut ea nactu Craesi opes possidere se crederet & Tu quoq; Reverendiss. Dn. Magist. magis in optimorum librorum copiâ, quae Divina indulgentia Tibi tanta obtigit, quanta quidem in totâ silesia fortè alii nemini, quàm in divitiis gloriari cum Laurentiô Medicaeô solitus es. Cùm ergo tantopere Reverendissime Dne: ames libros, eâ spe lactor, fore ut nec praesentem asperneris. Equidem cùm in Henelii Silesio-& Breslo-graphia notis Tuis exornandâ occupareris, [qui labor, ut in utilitatem & gloriam Patriae feliciter procedat, animitus precor] ego horis subcisivis, quas admodū paucas mihi superesse, Tibi constat, aliqua de Meritis Religio-

rum Societatum in literas com-
entabar ; Sed cum te morbus à
ropositô laudabili abduceret, Sa-
um aliquod argumentum Tibi
ontra aliquem sophistam sumpsi-
i tractandum, me verò tùm plu-
ı negotia, quibus totô die distra-
or, tum disputatiuncula Regi-
ıontana D. Pesarovii manum à
ensô retrahere coëgerunt. Nu-
er publici juris feci selectas ali-
uas rationes, contra has calamum
trinxit Regiom. Professor Pesa-
ovius, ità tamen, ut Titulus Re-
spondentem auctorem esse men-
iatur. Cùm verò contra rationes
psas nihil solidi opponere posset,
ea, quæ contra Lutherum obiter
quasi in sperſi, aggreditur. Ante-
quam verò ineptas chartas excu-
tiam, Tuâ pace de meo instituto
aliqua præfari liceat.

 Qui

Qui Catholicæ Doctrinæ verita
adstruere, ac ejus, quæ superiori sec
exorta est, errores refellere aggressi s
non unâ omnes viâ incesserunt. Sunt
Sacræ Scripturæ Dictis & argume
ex verbo Dei petitis ac consentienti
teris Ecclesiæ testimonio aut quæc
hæretca dogmata aut omnia obtriver
cum aliquô tamen discrimine; Nam
qui Sacra Oracula magis urgere, ali
auctoritate primitivæ Ecclesiæ poti
mùm revocatas ex orcô hæreses opp
mere, alii utrôque armorum genere
hoc arenâ certare, omnes laudandi ab
nimò, multi etiam ab ipsô opere. Repe
quoque sunt, qui loca. Sacri Codicis
pravum sensum ab hæreticis ad pallia
das hæreses detorta â corruptelis vinc
carunt, eorundem que genuinum sensu
tradiderunt eô fine, ut luculentè oster
derent, novam fidei professionem nu
lum prorsùs in Universâ Sacrâ scriptur
(de quô tantopere gloriari solent, nai
juxta Tertulliani phrasin, ex Evangeli
hæ

retici esse volunt) fundamentum hæ-
re, quem scopum sibi præfixum fuis-
n stromatis suis in universum Orga-
m Biblicum seu panopliâ adversus o-
nes nunc vigentes hæreses indicat Re-
tus Benedictus Andegavus Heinrico
.Regi Galliæ, quem Catholicæ Religi-
is rudimentis imbuerat, post unionem
us cum Ecclesiâ à confessionibus, in o-
tis illius præfatione. S, Patrum textus
pravatos itidem pristinæ puritati non
uci restituère. Nonnulli cùm ritè per-
nderent, multiplicem esse inter Chri-
ianos ordinem, ac non omnes San-
arum Scripturarum cognitione, atque
cclesiasticæ antiquitatis notitiâ hæreti-
is technas deprehendere posse, notas
uasdam ac signa explicärunt, quibus
alsos Magistros ac veræ fidei corrupto-
es à vetis & Evangelicæ Doctrinæ cul-
oribus, adeoquè Synagogam Diaboli à
vera Ecclesia prudenter dignoscere lice-
at. Ac è re foret, iisdem argumentis, qui-
bus à Protestantibus veritas Christianæ
fidei

fidei contra Judæos, Gentiles, Ath
probari solet, Catholicæ Religionis
bur adstruere; Ità enim evidenter pa
ret, Deum Catholicæ Religionis auct
rem esse, in quo mens pia acquiescere p
test sinè anxiô controversiarum exa
ne. Non vereor quoque inter exim
athletas ac antiquæ veritatis vindices n
merare, quibus eam dilucidè expone
curæ fuit, cùm enim pleraquè à Cath
licis non doceantur, quæ iis hæretic
rum impudentia affingit, incredibile d
ctu, quantoperè lumen Catholicæ ver
tatis oculis legentium expositum erro
rum tenebras disjiciat. Non allegabo
quanta trophea à Reformatis in Galli
retulisse narretur Bossveti expositio
propter quam hæreticorum malleus al
Innocent. XI. auctor ejus vocari meruit
sed hoc ingenuè confiteor, & hanc ac
potissimùm ipsum concilium Tridenti-
num, ac Catechismum Romanum apud
me plura potuisse, quàm omnes etiàm
eruditissimos, qui controversias tractant,
li-

libros, Antonio Varillaſio in hiſtor. re-
volutionum in Europa, quæ occaſione
religionis acciderunt, curæ fuit oſten-
dere, *omnes, qui ab annis trecentis contra*
veterem religionem docuerunt ac concio-
nati ſunt, id ex cauſis purè humanis, &
ſæpè criminoſis feciſſe; qui verò eos Au-
ctoritate & armis defenderint, non aliud
intendiſſe, quàm ut ex turbis utilitates ca-
perent, quod an Varillas conſecutus ſit,
idoneum non eſt judicare, non crediderim
tamen me in veritatem injurium, ſi eum
in exterorum rebus ſæpè cœcutiiſſe, etſi
Lynceus eſſe cupiat, liberè fuero faſſus.
Expedit tamen maximopere, ut hoc in
clara ponatur luce à viro omnibus admi-
niculis ad id ritè præſtandum inſtructô.
Conſultò autem prætereo eos, qui à Ca-
lixto tanquam novæ artis Magiſtri tradu-
cuntur, Gonterium, Arnoldum, Vero-
nium, Antonium, Fabrum, & qui horum
veſtigiis inſiſtit, Nihuſium. Quibus
non immeritò Cl. Fratres Wallenbur-
chios, ac Hackii Scrutinium veritatis an-
nu-

numeraveris, semper enim ea mihi sci-
mens, prælaudatos viros sua debere Ter-
tulliani libro de præscript. advers. hære-
ticos, & S. Augustini scriptis, inde ean-
dem quoque artem sub titulò *metho-
Augustinianæ* viris fratribus proponere
placuit, nec unquam sitis mirari poti-
cur adeò in clementer à Calixto antiqu-
tatis Ecclesiasticæ perito ac aliis gregali-
bus ejus, quibus eruditionis ac ingeni-
laus negari non debet, illa tractetur. Sed
adhuc ostendi poterat, quòd ex impuris
paucarum propositionum fontibus tur-
bidi rivi cœterorum dogmatum scaturi-
ant, ac Protestantes acroamata illa de-
fendere cogantur, quia inevitabili neces-
sitate ex principiis temerè propalatis
ac citra causam admissis fluunt. Clarissi-
mè verò ostensâ principiorum vanitat-
ac demonstratô hôc, quòd cætera ex
principiis falsis sponte consequantur;
quod brevibus à fœcundiori ingeniô ex-
pediri potest, animus veri cupidus, facilè
veritati victas submittet manus omni

præ

æcisâ tergiverſandi ansâ. Illam ergo
ım editis rationibus ſelectis ingreſſus
o, quamvis conatum illum vires meas
perare libens fatear, & optem, ut felici-
a ingenia feliciter cœpta perficiant.
djeci quoque quædam non indigna,
uæ uberius expoliantur. Epiſtola Græ-
Præſulis non uniti, ubi ipſe voluerit,
ominandi tantâ eſt gravitate ſcripta, ut
el hæc quam Græcis levitatis notam in
rere tritum ſermone proverbium ſve-
it, ex parte eluat, quam non poſſe eſſe
ngratam æquis lectoribus propemodùm
ertus ſum, ac propterea publicis uſibus
eam ſubtrahere nefas duxi Omnibus hi-
ſce adjunxi defenſionem libelli mei, op-
pugnati à Dno Mag. Gunthero in opu-
ſculo germanicè ad popularem auram
captandam ſcripto cùm latinam linguam
uterquè noſtrum didicerit. Apologia
ea, ſimul ac liber Dn. M. Gunth. fortè
ab ipſo auctore Lipſiâ ad me miſſus eſ-
ſet, intrà paucos dies volanti calamo ad-
ornata quidem eſt, ſed cùm fama ſpar-

gere-

geretur, alibi quoq; in insontem libr
meum calamum stringi, anxiè etiam al
rum animadversiones expectavi, unâ
deliâ pluris dealbatarus parietes, cu
tamen integer elapsus jam annus esset,
non dum aliquid, in publico compareret,
multis de causis moram statui esse a
rumpendam. Incidit is, ut ante innui,
ber meus in manus Pesarovii, ac eu
complicesquè ejus ussit vehementer, il
verò imperitioribus fucum facturus, cù
non inveniret, quod agereret, sicco præ-
teriens pede præcipuas rationes, quibu
quàm maximè nitor, ea, quæ de Luther
dixi, pro more Philosophastrorum nud
tius tertius natorum in Syllogismos de
torquet, hac tamen iterum arte, ut & e
prætervehatur, ad quæ nullum Mülleru
responsum in libello P. Kreitz (eum ve-
rò nominare noluit ex servili metu, n
fortè offensam incurreret familiæ Krei-
zianæ antiquissimæ, quæ multos Prussiæ
proceres hactenùs dedit) opposito sug-
gessit, Liceat ergo mihi, Reverendissime

Do-

mine, in robur istorum argumento-
n inquirere, Faciam istud breviter, nè
â gratia abuti videar,
Inter rationes septem, quibus aliis a-
stasiam ad papatum suadere conatus es-
dicor, prima ex p. 73. hæc esse præten-
ur: *Eò fugiendam esse doctrinam Lu-
ri, quia falsus sit propheta. in restitu
ium incedens id est semper ad Scriptu-
n provocet.* At verò falsum est, quod
argumentatus sit: O qui ad Scriptu-
semper provocat est falsus propheta at-
Lutherus semper ad script. provocat.
Et reverâ si ità collegissem, meritò
n tantùm tuus innocens Respondens,
d & pueri cachinnis me exciperent.
on ità hospes & peregrinus sum in Ca-
olicorum scriptis ut ignorem, eos sua
erta Auctoritate Sacri Codicis compro-
are, & testimonia ex eo frequentissi-
è allegare. Meminerunt Catholici ex
oncilii Lemovicensis 2. A. 1134. cele-
rati *statutô observandum esse Magnope-
antè omnia & super omnia, ut manda-
um DEI & non suas traditiones populo*
ob-

observandas tradant. & nihil nisi Scripturarum Divinarum auctoritate fu[...] statuatur agendum: nihilquè de cord[...] nihil extra praeceptum Domini & Sanctorum Patrum constituere, docere, vel [...]re praesumant. Noveruut Silvestri [...]lud: *sit lex communis Ecclesiae Evangelium, Apostoli, Prophetae, Canones Spiritu Dei constituti, & totius mundi reverentiâ consecrati & decreta sedis Apostolicae ab his non discordantia.* Pulchrè eâdē Cathedra Greg. 7. Lutheranis [...]topere invisus: *Nihil novi nihil adinventione nostrâ statuimus, sed primam & [...]cū ecclesiasticae disciplinae regulam & [...]tam Sanctorum viam relictô errore pet[...]dam & sectandam esse censuimus. Ne[...] enim alium nostrae salutis & aeternae v[...] introitum Christi ovib9 earumq; pastor[...] patere cognoscim9, nisi quem ab ipso m[...]stratum, qui dicit, ego sum ostium, per [...] si quis introierit, salvabitur, & pasc[...] inveniet, & ab Apostolis praedicatum, [...] à S. Patribus observatum in Evangel[...]*

in omni divinarum Scripturarum pa-
râ didicimus. Hæc cùm ita sint, amens
ssem, si eo argumento contra Luthe-
m pugnâssem, quod vel à rustico in
atholicos retorqueri potuisset. Quid
gò ansam dedit formando huic argu-
ento, quasi illud à me profectum esset?
ixi hæreticos provocare ad Scriptu-
m, inde Novus ille Logicus ignorans
m, qui ab affirmatione consequentis
affirmationem antecedentis conclu-
udit, committere juxta lib. 1. Sophistic.
lench. Arist. fallaciam consequentis,
opositionem hanc invertit hoc pacto;
rgo, qui provocat ad Scripturam S. hæ-
ticus est, eamquè mihi tribuit, cùm nè
er somnium de eâ cogitaverim, & de-
ide paralogismum mihi impingit; Veræ
unt propositiones O hæretici sunt frau-
ulenti, O pii in extremo judicio resur-
ent &c. At eas minimè more Pesora-
iano convertere licet. E O fraudulenti
unt hæretici, E O, qui in extremo judi-
io resurgent, sunt pii, nec ei, qui has
pro-

propositiones ponit, absurdæ conclu-
nes, quæ ex malè conversis fluunt, à C
èato viro tribui queunt. Quod verò
psi, nullum esse hæreticum, qui non
scripturis errorem suum comprobare
teretur, id verum est, & hanc eand
Cantilenam ipse cantavit Lutherus
verbis: Es ist wahr / wie man sag
die H. Schrifft sey ein Ketzer-Bu
daß ist ein solch Buch / des sich die
tzer am meisten anmassen / den kein
der Buch ist / das sie so viel mißbr
chen / ja sie wissen auch zurühmen / u
ist noch nie keine Ketzerey so arg u
grob gewest / die sich nicht mit
Schrifft hätte wollen flicken und zu
cken; In der Kirchen Postill in Eva
gel. Domin. 8. post festum Trinit. M
rorquè hoc melos auribus Pesarovii n
esse illapsum. Nec meum aut alterius c
juscunque assertum hoc fraudi est div
næ Sacrarum literarum auctoritati, cùm
etiam Lucifugis clarissimè constet, ma-
tiam hæreticorum, non Sacrum Coc-

cer,

em hic in culpa esse. Me itaquè verba
um aliorum S. Patrum tùm Athanasii
uæ veneror, nullo modo feriunt. Sed
rrige aures Pesarovi, quamvis nullum
n textu meo argumentum ad certam fi-
uram, modumque adstrictum explicitè
ontineatur, si tamen in analysi textuum
criptoris alicujus aliquanto fuisses exer-
itatior, sinè difficultate sequens ex pag.
73. & 74. potuisses formare argumen-
um; Qui semper ac Scripturas provocat,
asque per pessimam interpretationem
depravat, hæreticus est, atqui Lutherus
hoc facit, quòd patet ex legib9 interpre-
tandi adductis p 75. Multis præterea spe-
ciminibus etiam constat, quantum sibi in
interpretatione suâ indulserit licentiæ,
modò addendo, modò demendò, modò
aliquâ interpretatione corrumpendo,
quod paucis illustrare liceat: 2. Petri 1.
v. 10, ità reddrdit. Darum liebe Brü-
der thut desto mehr Fleiß euren Beruff
und Erwehlung fest zu machen / ast
omissit illa. Durch die guten Wercke.

Loco

Loco S. Pauli ad Rom. c. 3. v. 20. aff
cuit vocem nur/quæ aliam Commati
postolico induit sensum, de voce allei
in v. 28. ejusd capitis res Lippis & tons
ribus nota est. Ex Act. Apostol. cap. 1
versum 18. in interpretatione Luther
corrupit hoc modo : Es kam
viel derer die Glaubig waren worden
und bekandten / und verkündigten ihr
Wunderthaten / cùm ipsi centuriat
res Magdeburgenses sequenti ratio
textum allegent, viel Gläubigen kamen
und beichten / und zeigten an ihr
Sünde. His mille alia exempla adder
possemus, si id modò ageremus. Tan
parum ergo pensi habuit Martinus sen
tentiam, quam ipse ipse tulit alicubi
gens de scriptura : Wer ein Titel ode
Buchstaben weg thut/der soll des Teu
fels sein. Nec dicam de scurrilibus inter
pretationibus, quibus Majestatem verb
Divini impuro ore violavit : Quis fera
enim Mosis illa: in *principio creavit DEu*
cælum & terram ità explicari: Im An

fan

fraß Kuckuck die Graßmucken Federn/und mit allem / atqui id fe- Lutherus, qui & illa Johan. *verbum o factum est, hisce* circumscribit: das umbholtz ist zu heu worden. Ac præmissis his evidentissimè fluit Confio: quòd Lutherus sit hæreticus. In jori veneratione est apud Catholi- DEI verbum; Nam eos, qui *Scriptu- Sacra ad scurrilia, fabulosa, vana ab- ntur, tanquam temeratores & viola- es verbi DEI pœnis coerceri jubet* Tri- nt. Synodus sess. 4. quod & statutum in Provincialibus Conciliis Mediola- nsi 1. A. 1565. Aquensi A. 1585. To- sano A. 1590. ac alibi, quod in transi- monere volui.

In seq. §.3. contendit Pesarovius attri- itum ex 2. Petri 2 v. 19 Luthero pro- erea me pag. 77. vendicâsse, quod De- logum eliminârit: Valde oscitanter gerit paginam citatam Pesarovius ne- esse est, ut inspicienti manifestum est; ed sit ità, sit hæc mea demonstratio.

Cla-

Clamat Pesarovius Helwichium sil
mendacio non temperâsse, sed verò L
theri verba causam decidant & definia
annon potiori jure Pesarovius mend
nomine mulctandus sit. In 4. caput e
stol. ad Galat. ità discitè Lutherus, pr
fatus S. Thomam & alios scholasticos
cere, die zehen Geboth sollen nicht a
gehoben seyn / scribit: Du aber w
du darvon handeln wilt / wie das G
setz aufgehoben / so gedenck / das du v
dem Gesetz redest / so das rechte Ge
ist / und heisset / nemblich vom geis
chen Gesetz / und fasse also das gan
Gesetz zusammen / das du keinen Unt
scheid machest zwischen Weltgesätze
Ceremonien / und zehen Gebothe
dann wann S. Paulus saget / das w
durch Christum erlöset seyn von d
Fleisch des Gesetzes / so redet er gen
uns eigendlich von gantzem Gesetz / fü
nemblich aber von den 10. Geboth
&c, quid clarius? Et alibi ità conclud
Also ist es ja klar / daß die 10. Geb

alle

…in den Juden geben sind/ und nicht
…s: Trotz allen Rotten-Geistern/
…ß sie mit Warheit anders sagen.
…tat Pesarov. Lutherum confutâsse
…tinomos, non nego: Quis enim i-
…orat etiam furentes sua habere inter-
…la lucida? Ego, cum scripta Lutheri
…uterem, deprehendi vel de centum
…uis quæstionibus utramque contra-
…tionis partem dilucidè adstrui. An
… mentitur, qui alterutram contradi-
…onis partem ipsi tribuit, quando u-
…que in eô reperitur? Res ipsa etiam
…mat, ex verô me affirmâsse, quod sta-
…a Ecclesiastica rejecerit. Verba verò
…: *neque jejunium abrogavit, sed ser-*
…vit & servatur adhuc in nostrâ Ec-
…sia: mihi fidem abunde faciunt, non
…ltum in Lutheri lectione & historia
…theranismi Pesarov. versatum. Quomo
… enim nesciret illa Lutheri in Tom. 7.
…itt. verba: Wir wollen damit E-
…ngelisch uns beweisen/ daß wir bey-
… Gestalt deß Sacraments nehmen

B und

und angreiffen / Bilder umbreisse
Fleisch fressen / nicht fasten / nicht
ten / und dergleichen. Ecce Pasarc
inter Essentialia Evangelici prædic
sunt sequentia, vorare carnes, & ut n
la cavillandi supersit occasio, non je
nare. Imò omnem dubitandi ansam
hoc negotio præcidere voluit Luther
dum satis disertè significat illum
mum esse bonum Lutheranum, qui
jejuniis non cogitat. Quid enim
ud sibi volunt illa Lutheri in exposit
6. Matthæi verba: Sie seynd ietzt m
ne liebe Papisten alle gut Lutheri
worden / daß ihrer keiner mehr an
Fasten dencket. Lutherus è prist
religione [transfuga ille personatus
cucullatus] in qua jejunârat, vigilaver
oraverat, in hæresin dilapsus sine ve
cundia fatetur se istorum esse oblitu
Da ich ein Mönch war / bemühet / u
plaget mich schier 15. Jahr lang f
sehr mit täglichen Meßhalten / fast
Wachen / Beten ꝛc. ietzund aber / G

/hab ichs vergeßen. hæc Luther, in
polit, Pfalm. 45 In sententiâ Eustachii
abstinentia à cibis, quam Catholicos
endere ait Pesar. nihil absurdi, &
picor Persarovium non inspexisse So-
menum. Ejus verba lib. 3 c. 14. p.
o. hæc sunt: *Eustachius Sebastinæ in
menia Episcopus Monasticæ conver-
tionis auctor fuisse dicitur: & de ar-
oris vitæ disciplinâ, de cibis, quibus u-
ndum, aut à quibus abstinendum esset,
vestibus, quibus uti oporteret, de mo-
bus denique & exacta vivendi ratione
æcepta tradidisse.* H. I. In hac, in-
nam, sententia nihil absurdi: nam &
edici sinè omni vitiô sæpè, quibus ci-
s utendum, à quibus abstinendum eti-
n per totam vitam, præcepta tradunt;
prehensionem verò apud Sozomen;
imiâ severitate Eustachius incurrit,
uam Catholici non laudamus. Mihi,
uotiescunqne, quod non raro accidit,
âc in re consulor, in promptu sunt ver-
a S. Hieronym. in epist. ad R ustic.

 Je-

Jejunia moderata sint, nè nimia ab-lent stomachum, & majorem refe-nem poscentia erumpant in cruditat-quæ parens libidinis est. Aut etiam la ad Eustochium: *Nihil prodest b-triduoque transmissò vacuum po-ventrem, si pariter obruatur, si com-setur saturitate jejunium, illico men-pleta torpescit, & irrigata humus-nas libidinum germinat.* Cujus ge-neris monita occurrunt etiam apu-Ambros. in lib. 3. de Virg. S. Bern-dum in modo bene vivendi ad so-c. 24. Basilium M. in regul. brev. & constit. Monach. c. 5. Chrysost. & al-In eo laudem candoris meretur P-rovius, quòd rotundè affirmet, Lut-ranos vigilias rejicere & maceratio-corporis, sed in eo enormiter hallu-natur, quòd priores dicat à Deo non-se plantantas, posteriores verò pugn-cum 5. præcepto. Quid enim an-Paulus quintum ignoravit præcept-de se ita scribens 1. ad Corinth. 9. v. 2-

C-

ſtigo Corpus meum, & in ſervitutem igo? Utitur eâ voce in lingva Græquæ, ſi Heſychium peritisſimum, oium Criticorum conſenſu, Gramticum audis, ſignificat, *tabefacio, marcidum reddo corpus*; aut ſi Suidæ plicatio magis arridet, idem eſt, *faci- contundo*, aut ſi ex Galeno genuinam icet petere ſignificationem, notat tandem; quod *percutio corpus, ut ſub ulis contingant vibices, ac maculæ lulæ.* Theophylactus enodatâ origine cis eodem modo, ut fecerat Galenus, udenter ſecutus, ſicut ſolet, antiquiores atres; ſcribit: *oſtendi magnum certaen, quod eſt adversùs naturam.* Imitus Apoſtolum hâc in re S. Hieronyus, qui de ſe epiſtol. 22. ad Euſtoch. *edebam ſolus, quia amaritudine repletus ram, horrebant ſaccô membra deformia, & ſqualida cutis ſitum Æthiopicæ arnis obduxerat, quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & ſi quando ſomnus imminens oppresſiſſet, nuda humo vix oſſa*
 hæ-

hærentia colligebam. An verò non demus Hieronymum se maceråsse, vix ossibus se hæsisse narrat ? Gra simè etiam in antiqua Ecclesia po tentes corpus affligebant, ut constat Tertulliano lib. de pœnit. c. 9. refere te, *pœnitentes solitos sacco & cineri cubare, animam mæroribus dejicere, je nis preces alere, ingemiscere, lachryn mari, & mugire dies noctesque ad I minum Deum*, cum quo consonant, q habet Cyprian. lib. de laps. Johan Climacus gradu 5. disertè quorund pœnitentiam *luridas facies* memor Ambrosius quoque auctor est lib. 1. pœnit. c. 16. quosdam in pœnitentia *st visse corpus suum calcandum omnib* Hæc & alia plura legere qui non pot in fontibus, ut nos sine jactantia fecim legat in rivulis, Casalio de veterib. Ch stian. ritibus c. 25. p. m. 123. Albaspina lib. 2. observat. 22. p. 201. imò & H nichio in instit. p. 330. Si ergò veru est, quod ait Pesarov. tum ipsius S. Ap

sto

oli Pauli tum pœnitentium actiones
m corporis afflictionibus conjunctæ
ignarunt cum 5. præcepto, quod ab-
, ut affirment pii. Nec contrarium sva-
ent textus ex scripturis allegati. Pror-
is alienus à præsenti negotio est locus
x Levitic. 19. v. 28. prohibens, nè super
nortuum incid nt carnem suam Judæi.
Nam ut de Gallis Martialis:

Alba minùs sævis lacerantur brachia
cultris,
Cùm furit ad Phrygios enthea tur-
ba modos.

ita eruditi suspicantur, morem fuisse A-
morrhæorũ lugere mortuos inciso cor-
pore, de quo 3. Reg. 18. v. 28. & Jerem.
c. 16. v. 6. & 15. videri potest. Futilis
autem consequentia est; Judæi mor-
tuum lugentes non debebant incidere
cutem, ergo Christiani non debent af-
fligere corpus ad cupiditates frænandas,
nè in libidinem despumet. Versus 8. ex
Prov. 24. rursus malè adducitur, nam

juxta Hebraicam veritatem ita sonat: *gitantem malefacere, eum patronum gitationum malarum vocabunt*, ut hinc lubricam Lutheri in interpretar fidem agnoscas, utpote qui ita reddi Wer ihm selbst Schaden thut / heisset man billig einen Ertzböſewic Ex glossâ autem manifestum est, q trahat locum Lutherus, ita verò illa nat. etliche sind so boßhafft / daß sie nen selbst gern schaden thun / damit Nechster noch grössern Schaden leid müste ꝛc. quæ explicatio etiamsi es vera, nihil tamen inde lucraretur Pe rovius. Pueri enim riderent con quentiam hanc, interdictum est sibi i inferre damnum eo fine, ut alii maj rem inde sentiant molestiam: Ergo v titum est ad extingvendum libidinis a stum corpus durius habere. Parit scopum Prophetæ Esaiæ cap. 58. v. 4 planè non attigit Pesarovius. Ex Luthe ri versione is ità habet. Siehe ih fastet / daß ihr hadert und zanckt / un

schla

ſaget mit der Fauſt ungöttlich. cœ-
; verò ſit, qvi non videat Prophetam
uere hoc, quòd Judæi nè ipſis qui-
m diebus jejunii abſtineant à maledi-
s & malefactis in alios, non ſeipſos,
is enim ſecum rixatur? Infauſtè ad-
odùm addit locum ex epiſt. ad Rom.
. v. 14. quem peſſimè ita vertit Lu-
erus Wartet deß Leibes/ cùm juxta
xtum originalem debuiſſet negativè
ddere, Wartet nicht des Leibes ſci-
et ad cupidines explendas. Ut verò
c Lutheri in interpretatione malitia: i-
& Peſarovii in evolutione textûs ori-
nalis ſupina apparet negligentia. De
eritate effati Apoſtoli ad Epheſ. 5. v.
9. nemo dubitat. Nam ùt Cicero 1. de
ffic. ait: *generi animantium omni à
atura tributum, ut ſe, vitam, corpusqve
eatur.* Et cum Seneca ex epiſt 14. fa-
eor, *inſitam nobis eſſe corporis noſtri
haritatem, quæ conſiſtit in cura, ut cor-
us alatur, & veſtiatur; ac id Apoſtoli
ræca verba innuunt;* aſt pernego, quòd

 affi-

afflictiones corporis ad perdomanda
piditates sponte susceptæ cum illa
ritate pugnent. Neque enim Chr
odium corporis injunxisse putan
qui tamen vult, ut manus pedesque
cidantur, & oculi eruantur, id est
piditates supprimantur, Matth. c.
quod utique non obtinetur, si co
molliter & lautè habeatur. Ille æ
corpus non odit, qui ad impetran
sanitatem nec ferrum nec ignem hor
Fallitur etiam gravissimè in eo, dùm
riginem macerationum corporis re
in Pseudo-Apostolos Pesarovius. N
ad Colosſ. 2. ultimis versibus loqui
Apostolus de Hebræis & Græcis Phi
sophis, præsertim, nisi me omnia falla
Pythagoræis, quod prolixe ex scitis ip
rum ostendi posset. Eos verò rep
hendit Apostolus non simpliciter p
pterea, quòd durè haberent corpus,
que carni obsequerentur ad securitate
nam supra nudivimus idem de se i
fatentem Apostolum, sed sinè du

H

c de causa, quod quædam abomina-
ntur, quæ Deus creavit, aut has suas
ochas tanquam absolutè ad salutem
cessarias susciperent, aliosque contem-
rent aut prorsùs ex hypocrysi curam
rni (nam hæc est honor ille carnis, cu-
s hic Apostolus meminit vide 1. Co-
nth. c. 12. v. 23. 1. ad Timoth. c. 4. v.
7) nullam præstarent. Breviter: *Non*
c hoc statim, quia libertas ciborum con
ssa, luxuria permissa est: nec, quia li-
eralius nobiscum Evangelium gessit,
ntinentiam sustulit, ut pulchrè Nova-
anus. Altò sopore oppressus Pesarovi-
s fuit, cum de vigiliis scriberet, *eas à*
Deo non plantantas in Scriptura, esse e-
adicandas, quandoquidem ipse Serva-
or non interdiu tantùm, sed & noctu
rârit Matth. 14. v. 23. suosque jusserit
igilare & orare v. 33. quòd ignorent,
quâ horâ sit venturus Dominus *vesperi*
n *mediâ* nocte, *an cum gallicinio an ma-*
nè, respiciens ad antiquissimam noctis in
quatuor vigilias distributionem. S. quo-

 que

que Apostolus 1. ad Timoth. 5. v. 5. e
quæ *verè vidua est, ait, instare obsec*
tionibus & orationibus de nocte ac
quod Annam fecisse novimus ex L
c. 2. v. 31. De S. Polycarpo locuples
stis est Euseb. lib. 4. Histor. Eccl. c
morem ei fuisse perpetuum per noctes
que dies preces facere. Et quis, qu
tumvis puer, ignorat ex Plinii lib. X.
pistol. 97. Christianos solitos *statô*
ante lucem (id est, Buchnero interp
te, noctu) *convenire, carmenqve Chr*
dicere? Non evolvit, credo, Pesarov
Lucianum, (quem ut multos Ethnic
sinè labe morum me legisse fateri n
erubesco, atque hinc Luciani nome
quod veteratoriè Cavillator & obtrect
tor Pesarovius mihi tribuit, non mer
or:) Lucianum, in quam, non legit P
sarovius; in cujus Philopatride hæc r
periuntur: *ad hymnos totâ nocte deca*
tandos pervigilamus &c. quibus Chr
stianorum sui temporis morem lucule
tè describit: Tertullianus hortans u

xoret

rem, nè, ſe mortuô, maritô nubat in-
eli lib. 2. ad uxor. c. 4. *Quis*, inquit,
cturnis convocationibus, ſi ità oportue-
, à latere ſuo eximi libenter feret? Cy-
ian. de orat. Domin. multa in hanc
n habet, ſed hæc notatu digniſſima.
ille (Chriſtus) *per totam noctem jugi-*
r vigilans continuis precibus orabat,
antò nos magìs in frequentanda ora-
one debemus nocte vigilare? Non va-
t prolixa S. Baſilii M. verba ex con-
tution. Monaſticis huc tranſcribere,
ec ea, quæ habet S. Hieronym. epiſt.
ad Demetriad. Caſſianus & alii. Hinc
lumnia de Thyeſteis cœnis & Oedi-
odiâ mixtura in ſacris nocturnis, quam
pologetici Tertullian. Juſtinus, Arno-
ius, Minucius, Felix & alii diſpungunt.
nprimis pervigilium Nativitatis Chriſti
: Paſchæ fuit ſolemne admodùm, & de
oc lectu digna affert Cl. Voſſius lib. de
aſſ. Chriſt. c. ult. *Paſchæ nox à nobis*
ropter adventum Regis Dei noſtri per-
igiliâ celebratur, ait Lactant. lib. 7. c.

 19.

19. Conf. & Isidor. lib. 6. Orig. c. 1 illô legatur Tertullian. lib. 5. adv. Marc. c. 9. & post alios S. Bernh. serm. 4. in Nativ. Dom. Dum hodie Catholici hoc observant, & Monachi exemplum Pauli & Silæ circa mediam noctem Deum laudant quid vel Mus ipse in laudatissimô institutô carpere potest? *Cùm seculo 4. Vigilantius Barcilonensis in Hispania Presbyter inter alios errores in hæc natalitia alque Christianorum sacra nocturna debacharetur, non nisi solennes paschales vigilias admittens, Hieronymus hâc de certior factus, mox duas adversus illum exarabat epistolas, quibus cum aliis Christianorum vigiliis Christi quoque natalitias propugnabat, Vigilantium Dormitantium vocans*: ut Rector & Senatus in Academia Regiomontanâ, in qua Professorem agit Pesarovius, habet in programmate Natalitio A. 1677. Vigilantii consortiô, per me licet fruatur Pesarovius; Resonet tamen in auribus ejus

istud

ud : Wache auff/ der du schläfest
. Improbitatem ex Doctrina Lutheri
uere, si non evincunt querelæ citato-
im à me doctorum, evincit tamen Nex-
us doctrinæ Lutheranæ à me ostensus,
uem nec Pesarovius, nec opinor, ullus
utheranus solidè discinget. Futilia
ætera quæ sinè ullis adducuntur ratio-
ibus, cùm rationes meas non tangant,
cco pede prætereo; quibus etsi apud
nperitam plebem laudem venatur, a-
ud cordatos & eruditos nihil nisi op-
robrium reportabit. Pungit inter cæ-
era Catholicos, quòd legendas pro ve-
is habeant, ignarus, *quòd legendas & mi-
acula Sanctorum, vitas Patrum, visio-
es devotarum personarum, recitationes
& opiniones Doctorum suscipiat quidem
Ecclesia & legi permittat, non quòd de-
erminat talia de necessitate salutis esse
redenda, sed quia proficiunt ad commo-
vendos affectus pios fidelium, & in æ-
dificationem ipsorum, dum in talibus nihil
de certitudine scitur esse falsum* , Ut
pru-

prudenter Gerson in declarat. ver
quæ credendæ sunt de necessitate
lutis.

Rabiem Luthero tribui u
que, & modo addo, eam fu
tantam, ut in projectissimo li
aut pedite nunquam possit e
major. Feritas est non huma
quam his prodit verbis: Es mö
te jemand wohl gern fluchen / daß
(die Papisten) der Blitz und Don
erschlage / höllische Feuer verbren
Pestilentz / S. Velten / D. Ant
Aussatz Carbunckel und alle Plage h
ten in lib. wider das Pabstum zu Ro
Et alibi propheta hic mitis ing
nii vovet, daß sie der Donner vo
Himmel erschlage die verzweiffelt
Bößewichter. *Chrysippus non dic
idem nec mite Thaletis Ingeniu
dulcique senex Vicinus hymetto.* E
diræ hæ imprecationes Luthe

iunt omnes Catholicos, nul-
n enim Luth. excipit, nec re-
quunt locum vanissimis effugiis
usarovii, quasi de rebellibus &
ditiosis, aut iis, qui Principi-
s insidiantur, sermo sit Luthero,
s enim commatis non omnes
runt, qui tùm vixerunt Catho-
,omnibus autem dira impreca-
. Ultimus quoque prætextus
sar. quavis palea levior est,
m causatur Lutherum intelli-
ndum de iis, qui bellô Luthe-
ios infestabant, nam vivente
therô ad arma propter religio-
m deventum non est, ut vel ty-
nibus in historia constat. Si au-
n tùm ex Catholicis nemo in
theranos arma convertit ; quâ
nte selectas imprecandi formu-
Lutheri de iis, qui bello impe-
tebant.

tebant Lutheranos, explic
Pesarovius? Omnibus itaque
tholicis nefanda imprecabatur
scilicet eorum dolore animus
reconciliabis satiaretur. Ponam
quod tamen factum non est,
therum fuisse à nobis læsum, ni
ominus *cogitare, quomódo quis*
mordeat mordentē & nocenti n
at, feræ est, non hominis, ut pulc
Musonius & juxta Senecam *U*
est inhumanum verbum. Sed
rum est, quòd Lutherum à
rore illô cæcô excusare nit
Pesarovius, In quo tamen
Lutherus maximoperè placet
per quem aucupabatur gloria
Ita enim ipse: daß soll mein R
und Ehr seyn / wills auch so hab
daß man von mir hinfort sagen
wie ich voll böser Worten / sc
tens / und fluchens über die Papi

y! So will ich auch hinfort mich
mit den Bösewichtern zu fluchen und
zu schelten biß in meine Gruben/ und
sollen kein gutes Wort von mir hören:
ich will ihnen mit meinen Donnern
und Blitzen also zu Grab leiten/ dann
ich kan nicht beten/ ich muß dabey flu-
chen. Certè si quis omnia dicta Lu-
theri citra omne præjudicium expendat,
non difficulter, opinor, intelliget, *cala-
mitates populorum ejus convivia fuisse*,
quos *pravorum dæmonum mores esse* af-
firmat Synesius. Hæc occasione argu-
menti mihi à Pesaroviò afflicti (meum
enim non esse ättenta lectio libelli meî
probat) dicta sunto. Cæteroquin te-
trum ignorantiæ ulcus, quod in limita-
tionibus Pesarovianis ubique se prodit,
eâ de causâ suspensis tantùm digitis te-
tigi, quòd severius contrectari sinè sen-
su Magnatum quorundam, in quorum
actiones mihi advertere religio est, do-
lorifico nequiret. Præterea Pesa-
rovi, si aliquid tibi sub finistrâ mamillâ
adhuc

adhuc salit, ne nobis objectes Gar
tum, Ravaillac, sed tui Tekölii,
bis Gedanensis & Strauchii, tumultu
Hamburgensium, seditionis Franco
tanæ, Justi Jonæ aliorumque tuo
memineris. Imò verò temetip
intuearis. Est in manibus meis ele
rale ad Te mandatum, sed ne a
Tibi faciam, est enim id proculà
moribus, hâc vice id non recitabo.
no 1584. jussus Augustâ Vindelico
excedere Concionator aliquis lu
ranus. als der die Gebühre se
Ampts längst überschritten und
gessen und zu erzeigten Ungehor
die Bürgerschafft gegen E. Rath
Vorgeher gewesen. Sapienti sat.
pœnitet facti, quô Lutherum intol
bilis planè superbiæ insimulavi. Ci
in meo lib. adjicere placet alia ex Lu
ro: in libro wieder Hanßworst
ich muß mich bekennen der fürne
sten Lehrer einen zu dieser Zeit:
quasi hoc non satis, in der Warnung

e Liebe deutschen/ scribit. Man soll
gen Doctor Martin ist ein grosser Do-
or über alle Bischoffe / Pfaffen/ und
Mönnich / & alibi , bin ich nicht /
quit , ein theuer Edler = Mann?
a freylich in tausend Jahrnn ist kaum
n edlers Bluth gewesen / den Lu-
er. Fermè nullus ex Sanctissimis Mar-
ribus & Doctoribus Ecclesiæ est, in
uem non censuram, quæ tamen impe-
tiam stolidi & arrogantis Censoris ut
lurimùm delegit , exercuisset. Vapu-
t ei S. Augustinus , quem Summi
ontifices optimum ipsius sedis Aposto-
cæ Magistrum appellare non dubitâ-
unt. Maior ergò humilitas sub pallio
ontificio, quàm sub cucullo impuden-
ssimi Monachi. Et magna reverentia
rga S. Doctores eluxit in omnibus piis
 doctis , è quorum numero vir Apo-
tolicus S. Bernhardus in tract. ad Hu-
on. de S Victore c. 2. *Ab his dua-
us Columnis , Augustinum loquor (&
Ambrosium, crede mihi, difficile avellor ;*
Cum

Cum his (inquam) aut errare, aut [...]*pere fateor.* Alibi etiam idem Bernh[...]dus epist nempe 174. *Nunquid, inqu*[...] *Patribus doctiores aut devotiores sum*[...] *Periculosè præsumimus, quicquid ip*[...]*rum in talibus prudentia præteriit.* Petrum primum fuisse papam non gar[...]mus, ut blaterat Pesarovius, sed in[...]ctis SS. Patrum antiquissimorum tes[...]moniis edocti certò scimus, agno[...] illud etiam D. Grabe Regiomontan[...] quondam Professor & nisi fallor, Hen[...]chius. Osculum pedum à Petrô non e[...] admissum dum probat ex Act. c. 1[...] probat se nec textum inspexisse nec u[...] quàm Cornelii propositum considerâ[...] Cæteroquin nuda genuum flexio non [...]volvit honorum divinum, ut patet [...] Genes. 41. v. 43. 4. Reg. 1. v. 13. & a[...] scripturæ locis. Conf. fratres Walle[...]burch. Tom. 2. operum p. m. 205. & se[...]

Quàm effreni & inauditâ maledice[...]tiâ Lutherus in Majestates debacchat[...]sit, dixi in lib. meô p. 90. & 91.

ha[...]

hc quartam meam ait esse rationem, ad
am frigidè admodùm respondet, non
um *Magistratum, sed vitia Magi-*
atum gerentium reprehendisse Luthe-
n, & in eo secutum esse exemplum pro-
tarum. Qui tali glaucomate sibi im-
ni patitur, eum amentem & non sani
ncipitis esse affirmarim liberè, modò
ta Lutheri inspiciantur. Celeberri-
is Becmannus sub nomine Huberti
usani latens im Bericht von der Re-
mirten Lehre / von der Weltlichen
brigkeit adversùs Masium à p. 70. us-
è ad pag. 75. satis commodè di-
ssit dicta Lutheri, quæ quidem & plu-
alia ipsemet collegi, placet tamen po-
ra ex hoc Reformato scriptore cum e-
lemmatibus & Epicrisibus propone-
Cl. Virum ipsa rei evidentia cöegit ve-
ati suffragium dare; Et si & is suspe-
us sit, ad Judæum, Mahumedanum,
entilem, & quemvis sani judicii ho-
nem rei deferatur arbitrium, & per me
et, decernatur, cujus causa sit potior
mea

mea ne an Pasarovii ? Sed ad rem ;
so / ait Beccmann : schreibet Luthe
(1) **von Fürsten und Herrn i**
gemein : Du solt wissen / das v
anbegin der Welt gar ein seltsa
Vogel ist umb einen Klugen Fürst
noch viel seltsamer umb einen fromm
Fürsten. Sie seynd gemeiniglich
gröste Narren / oder die ärgste Bu
auff Erden / darumb man sich alle
bey ihnen des ärgesten versehen / u
wenig guts von ihnen gewarten mu
sonderlich in göttlichen Sachen / die
Seelen Heyl betreffen denn es sind G
tes Stockmeister / und Hen
Tom. 2. Jenens. fol. 203. ex ejusdem l
fol. 105. citat Becmannus inter alia ha
Man wird nicht / man kan nicht / m
will nicht euer Tyranney und Mu
willen die Länge leyden liebe Fürs
und Herren. Da wisset euch nach
richten / König Heintz muß i
Sprichwort helffen wahr behalte
daß keine grössere Närren sind

nige und Fürsten. Becmannus al-
at locum, ubi disertè fatetur, daß
hin ungewohnet/ daß man die groß-
Häupter antaste/ sicuti id factúm à
thero (2) von dem Käyser Carolo V.
d den Ständen des Reichs producit
cmannus Locum Lutheri, ubi eos
rannos vocat (3) von Könige Hein-
o IIX. in Engeland ostendit Becman-
s, wie hart er ihn in seinen Königli-
n charactere tractiret, dum nimirum
ibit: Es solt ihn nicht wundern/ ob
den Dreck von meines Herrn Kro-
auf seine Krone schmire/ und sage
r aller Welt/ daß der König in
ngland ein Lügner ist/ und um ieder-
an/ item der Lügen König hat sein
önigreich/ wie man weiß/ schier
redlich als der Pabst das Pabst-
umb: porrò: Er weiß wohl mit
as vor Gewissen er das Königreich
n Eng lland besitze/ nachdem der
önigliche Stamm ermordet/ und
as Königliche Blut vertilget rc. pru-

denter verò Becmannus ait: Her
gen lehren alle Göttlicher und Wel
cher Rechten Erfahrne: *in re cont*
versâ judicium sibi privatum sumere
debere sed possessionem sequi Grot. J
bell. l. 1. *c.* 4. §. 7. (4.) Von H
tzog Heinrichen von Wolffenbüttel
dem bekañten Buche wider H
Worsten affert in medium Becma
textum, in quo eum vocat Lutheru
nen verzagten Schelm/ und Feldflü
tige Memme & addit iterum Becm
Gantz Gotteslästerlich ist / was
441. stehet. Laß dir nun Hertzog G
orgen deinen Abgott/ uñ den zu Ma
deinen H. Geist helffen. Nec dissim
doctissimus Becmannus, wie Luther
gar wieder die gemeine Erbahrkeit
gen diesen Fürsten gehandelt. Et ac
nem citati libri lectorem mecum ren
tit. (5) Von Hertzog Georgen
Sachsen Lectori Becmannus judici
Lutheri recitat, in quo affirmat L
therus, daß Hertzog Georg nicht al

g

stlich / sondern auch leiblich vom
uffel besessen sey / das er vor seinen
erderben so toll und rasend sey;
erohalben gar nicht zuhoffen / das
sich bekehre / und Busse thue: sey
h nicht NB. für ihn / sondern wie-
ihn zubethen / das GOtt endlich
e Land-Plage von der Welt neh-
/ und stürtze sie in Abgrund der
llen 2c. Sonsten/ita loquitur Bec-
nn: lehret die Politic. das keinem
tern gebühret über seinen Obern
estatem judicandi sich anzumessen.
His potuisset D. Becmannus attexe-
ea, quæ impudenti ore evomit in
rdinalem Albertum Marchionem
andenburgic. quæ & ipsa sunt animi
jectissimi indicia; Sed rationibus,
æ facilè lectori in mentem venire
flunt, inductus, & prudenter qui-
m omisit. Cujus Consilium & nos
quimur. Tantò deterius verò est Lu-
eri facinus, quod contra interdictum
incipis sui Lutherus egerit hæc omnia,

in cujus rei fidem ex epist. Luther.
mit sequentia : Es hat mich
wohl mein Gnädigster Herr schr
lich / und viel andere dergleichen
mahnet ; Aber meine Antwort ist
lezeit das ichs nicht lassen will /
soll. Nunquam etiam, ut ulterius
greditur Becmann. propterea p
tentiâ ductus est , Lutherus sed
tius defendit. Non miror hæc à p
avidè suscepta , nam ut prudenter
citus ; *Obtrectatio & livor pronis*
ribus accipiuntur. Sophoclis quo
chorus , *qui*, inquit, *maledicta jaciun*
magnos viros , *facilè inveniunt app*
sores. Reddidit ergo Lutherus
tempore Peregrinum , de quo apud
cianum de morte peregrin. Tima
nem in August. apud Senec. lib. 3.
irâ c. 23. Vivis verò ita se ip
depinxit coloribus, nam juxta Senec
ut quisque contemptissimus & ut ma
mè luditrio est ità solutissimæ est ling
Facilè etiam agnosces hinc Discipul

iogenis Cynici qui feliciter illa Pro-
Toris sui apud Lucian. in Vitarum
ctione observavit ; *Impudentem Te*
e oportet & audacem, & omnibus si-
delectu tam regibus, qvam privatis
aledicere. Ita enim fiet, ut omnes
Te oculos conjiciant, teque fortem esse
istiment. In summa bellumi & a-
estes planè sint Tibi mores, pudor au-
m & mansuetudo, & modestia pro-
l absint, ruborem quoque omnem de
cie abstergas. Videamus verò
uomodo Daphitas Pesarov. porro pa-
tragoedietur. Lucianum me vocat,
uod Luthero abjecerim conscientiam
auteriatam, sed mille reperiuntur in
uthero textus, qui me in eo à verô
on deflexisse evincunt, modò noris,
uid cauteriata sit conscientia, quod,
isi fallor, accuratè explicat D. Zeidle-
us sub finem tract. de definit. Hære-
ci. Non dissimulat Lutherus in epi-
ola quâdam ad Philippum Melantho-
em in Comitiis Augustanis præsen-

tem, se anteà tulisse carnificem S
tus, nunc autem se ferre tortorem
nis; in hist. Aug. Confession. a
Chytr. p. m. 139. & alibi se *dia*
in lucta illa inferiorem esse non dif
tur. Unus consulatur Seckendor
& sedulò verba Lutheri allegata per
dantur ac facilè, cum quo faciat v
tas, judicari poterit.

Sed ais; Lutherus non fuit obno
atrocibus & regnantibus peccatis, t
cauteriata conscientia oritur. Resp
deo omninò horrendis sceleribus
fuisse obnoxium & hoc in clarâ sta
mus hactenus luce, & ipsimet ejus
scipuli & asseclæ apud Spangenberg
variorum criminum reum agunt p
philautiæ, polypragmosynes, am
rixarum, ostentationis ingenii, pert
ciæ &c. Quibus jungo eius blasp
miam, quam ex impuro ore eructa
dum scriberet: Wen Ludwig R
Antonius Scheintz / und H
Scheintz beysammen am Galgen

g

/das wären drey Personen in ei-
Wesen/ als jede Personen inson-
heit 2c. Hæc cum ità sint, mirum
est, Lutherum furiis conscientiæ
sse exagitatum.

Regredior ad sextam rationem dissi-
Lutheranorum, de quibus plenius in
manico opusculo egim9. Tam nume-
a illa dissidia sunt, ut eorum inire
merum planè sit difficile. Johannes
cræliu in syntagmate *historiarum*
clesiæ omnium lib. 3. Sect. 2. de hæ-
. in Lutheranô seculo. p. m. 865. &
q. Novemdecim enumerat, qui-
s nova succenturiavit ejus continua-
Hartnaccius, ac ille quidem inge-
è concedit aliquorum *schisma in hæ-*
in desiisse, ipse quoque Pesarovius
plicans locum ex 1. Corinth. XI. v. 18.
suos hæreses in cœtu Lutheranô gras-
i eô ipso confitetur. An dissidia Corin-
aca aliquid veritati ecclesiæ hujus de-
garint, & ex S. Pauli & S. Clementis epi
la est cognoscere. Modestæ dissen-

ſiones de rebus non definitis, aut c
troverſiis Scholaſticis, ſi præſertim
controvertentibus adſit voluntas j
cia ſua ſubjiciendi judicio Eccleſiæ
deficienti & mutuam ſibi charitatem
negent; utique falſitatem Eccleſiæ
evincunt; at verò ſi de rebus fidei
pridem definitis, ſemper novæ e
tentur lites, & rupto charitatis vin
unusquisque litigantium immotè ſu
hæreat opinionibus, certus eas n
modo deſerere; tales diſenſiones
que falſitatem Cœtus non obſcurè p
dunt, præſertim ſi unum diſſidium
alio emergat, & vix ſopitæ contentio
facilè repullulent.

Quemadmodum enim unitas eſt
ta Eccleſiæ veræ, Nam juxta S. C
pryan. *Eccleſia Catholica, quæ una*
ſciſſa non eſt, neque diviſa, ſed uti
connexa & cohærentium ſibi mutuo
certotum glutino copulata: Ità divi
heterodoxæ, qua de re cumprimis e
gendus Stanislaus Socolovius, Prioris
nı

ris Controversiæ vigent inter Catho-
os, posterioris verò inter Lutheranos
mper & maximè hodie regnant, ut
ovit, qui modernorum doctorum scri-
a evolvit. Ità vel hodie impletur in
utheranis illud Esaiæ c. 19. *concurre-
faciam Ægyptios.* Ominantur pii
re, ut etiam sortiatur eventum in Lu-
heranis istud Oseæ c. 10. *Divisa sunt
rda illorum, nunc interibunt.* Ve-
um de his satis. Cæterùm, quæ con-
a Lutherum studio veritatis attuli,
on, ut fingit, hausi ex illis fratribus
uos pro consueta sibi modestia vocat
endacissimos, sed ex ipsius Lutheri
omis &, qui in manibus omnium est,
eckendorffiô. Non est mei moris sa-
ere ex compendiis, sed ipsos adire au-
tores semper consuevi, & ut quondam
on credidi Lutheranis de Catholicis ne-
cio quæ scribentibus, ita nec his, quæ
le Luthero commemorabant, vidique,
i tutâ vellem viâ incedere, & ipsum Lu-
herum ac ejus Asseclas, ac Catholicos

ſcriptores eſſe aſſiduè terendos. Pe
cordatum etiam lectorem judicium
an jure ſelectas meas rationes Peſaro
us vocet Cercopiſſantes? Mihi mani
ſtum eſt, quod hic à conviciis, quil
etiam alias paucæ illæ pagellæ turge
& calumnia ſibi non temperaverit. T
les rationes à Peſaroviano ingenio
exſpectabunt; Nam qui ipſum noru
inter artifices deceptionum & fraudiu
eum non poſtremum eſſe ajunt, Ej
modi verò homines vocantur Cercop
Conf. Gilbertum Cognatum Centur.
adagiorum adag. 1. Sed forte diu, Rev
rendiſſime Domine, Tibi hæc leger
tædium eſt enatum; patere ergò ut o
ciſiones, argumenti Peſaroviani de Schi
mate hic aliqua ex tractatu meo Man
ſcripto de ſchiſmate ſubjiciam, præpr
mis cum meus Antagoniſta nunqua
eâ de re videatur fuiſſe ſolicitus. For
iſta res alium etiam habebit uſum,
cum ad noſtra tempora hac vice non d
ſcendam, æquiori animo ab adverſari

legen

entur, ac sine bile, si aliquid desi-
averint in his, discutientur.
. 1. Schismaticus dicitur à Schismate,
e cautem vox origine græca est, & in
ris aliquando notat contentionem &
ssidium, quo sensu videtur adhiberi
ud Johan. in Evangelio cap 7. v. 43.
1. ad Corinth. cap. 1. v. 10. Com-
uniter verò illa vox significat divisio-
m, separationem, scissionem, ut ve-
es glossæ observarunt, & in hoc si-
ificatu adhibita legitur à scriptoribus
cclesiasticis ac exteris frequentissime,
anc in rem multa corradere testimo-
a esset hominis tam suô quàm alieno
io abutentis.

Quemadmodum verò aliàs propter
ocabulorum paupertatem eâdem voce
otus actionis & terminus ejusdem cre-
errimè apud Aristotelem & Gallenum
xprimitur, ut constat verbo *putredi-*
is, quod & viam ad putredinem no-
t, & id quod putridum factum est,
nionis, quæ vox motum illum signifi-

cat, quô ex pluribus fit unum, rem jam unitam, ut & *obstructioni consuetudinis, crasis, mixtionis, synt[...]seos*, quæ collègere Franciscus Bonar[...]cus l.2. de motu & Antonius Montecanus 1. Polit. cap. 24. & ex iis Michael [...]cartus: Ità nec dubium est, q[...] Schismà denotet motum, quô fit aliqu[...] divisum & rem ipsam divisam, sive, clarius loquar, frustrum scissione aliun[...] ablatum, quam vocis explicationem [...]cèt nobis non annotarint Grammatici, usus loquendi communis satis confi[...]mat, & apud Gallenum legas schis[...] calami, quâ locutione, si mentem [...]jus rectè capio, fissam arundinem i[...]nuit. Non fugit me, quod Pollux Onomasticô aliam adhuc vocabuli sch[...]matis significationem reciter, verùm à præsenti tractatione alienissima est, qua hoc capite potissimum secunda v[...]cis interpretatio attenditur. Ad illa ergo si respicias, Schismaticus erit i[...] qui dividit, separat, scindit, sive ut loqu[...]

t[...]

ur S. Irenæus ore vetustissimi Interpre-
s lib. 4. adversus hæreses cap. 62. p. m.
99. qui *Schisma operatur*, hoc est,
ui facit divisionem. Qui dividit, id
uod unum est, dividit, cùm ergò e-
iam schismaticus dividat, certe id,
quod unum corpus est, diffindet. Il-
ud verò corpus est una Christi Eccle-
ia. Hinc passim S. Patres ajunt, quòd
chismatici Ecclesiam dividant, sive ut
S. Chrysostomus loquitur, *Ecclesiasti-
cam plenitudinem conscindant, & Ec-
clesiam populentur, membra Ecclesiæ la-
nient*, ut Optatus Milevitanus scribit.

§. 2. Ut autem nobis de illa divisione Ecclesiæ rectius constet, paucis quomodo una illa sit, ostendam. Nam de eô, an una sit, nemo dubitat, & clarè satis in scripturis unitas illa Ecclesiæ proponitur ad Ephes. 4. v. 4. Joh. 10. v. 16. Cantic. 6. v. 8. in Symbolo quoque, quod quotidie recitamus, unam esse Ecclesiam profitemur. Quâ ratione autem Ecclesia una sit, ità fiet ma-

nifestum. Ecclesia sinè dubio est soc
tas, nam inde in Scripturis passim r
bis describitur ut domus, ut civitas,
exercitus, ut regnum, hisce verò n
minibus societatem quandam expri
non ignorat, qui rudimenta Politic
didicit. Omnis verò societas una
propter finem, qui maximè unit,
propter media, ut patet inductio
omnium societatum tàm primarum,
societatis conjugalis, paternæ, heril
quàm aliarum, domus, inquam, pa
ac ipsius Civitatis, quæ dicente Arist
tele lib. I. Polit. c. 2. perfecta Societ
est. Cùm ergo etiam Ecclesia societ
sit, illa quoque una erit tùm propter fi
nem, quem sibi propositum habet, tùn
propter media, quibus ex institution
Divina eundem finem consequitur. In
aliis quidem Societatibus, ubi finis est na
turalis, ratio ex notione finis deducit
quænam conjunctim pro obtinendo fi-
ne membra Societatis agere teneantur,
in Ecclesia verò, cui finis supernatura-
lis

est propositus, quem non nisi super-
:uralibus mediis obtinere licet, Chri-
s JESUS ut finem, ità etiam media
finivit. Illa ergo, quæ Servator no-
r nobis præscribit, tanquam ad
am æternam necessaria, Christia-
s maxime unient, sive causa erunt
itatis Ecclesiæ. Videamus autem
ænam illa sint. Initio requirit Ser-
tor fidem; *qui non credit*, ait Marc.
16. v. 16 *condemnabitur*, & Apostolus
Hebr. XI 6. *sinè* fide, inquit, *im-*
sibile est DEO placere. Et hinc à S.
natio vocatur fides *principium vitæ*
epist. ad Ephes. ab Origine verò *pri-*
um salutis initium & fundamentum
. 4. Comment. in epist. ad Roman.
onf. Hilarius Pictaviensis lib. 6. de
rinit. Ambros. in lib. de incarnat. my-
eriô cap. 1. Epiphanius hæres. 59. &
i. Fides etiam disertè memoratur in-
r causas unitatis corporis Christi ad
phes. c. 4. v. 4. Clemens Alexan-
in. lib. 2. stromat. ante medium;

Quæ

Quæ ergo Ecclesiam continet, ut [Pa-]
stor inquit, virtus est fides, per qu[am]
servantur electi. Pastor ille Herm[as]
qui fuit discipulus Pauli ad Rom. 16.
14. liber est, quem non tantùm ve[te-]
res magni æstimârunt, sed & recenti[o-]
res opus, in cujus lib. 3. adhuc ho[c]
verba citata reperiuntur, genuinum e[sse]
contendunt, inter quos præcipuè n[o-]
minandus est Nicolaus le Nourey in a[p-]
parat: ad Biblioth. PP. dissert. 4. I[n]
fide instructi homines non tantùm [u-]
num Deum Patrem Domini nostri J[E-]
SU Christi colunt & adorant, & omn[es]
unum Christum pro DEI Filio & D[o-]
mino suo, qui eos sanguine suô merc[a-]
tus est, agnoscunt, sed & in cœte[ris]
consentiunt, sive ut Apostolus loqui[tur]
mat ad Roman. c. 15. v. 5. *id ipsum s[a-]*
piunt secundùm JESUM Christum, e[t]
in eâdem permanent regula ad Philip[p.]
c. 3. v. 16. sive unanimes sunt 1. Petr.
3. v. 8. quia scilicet omnium intellect[us]
in idem objectum eôdem modô ferur[-]

tu[r]

r, unde & unio cum objecto & ipso-
m intellectuum inter se invicem ori-
s. Ex unâ illâ fide resultat deinde ea-
m etiam spes, cujus quoque memi-
t Apostolus citate ad Ephes. loco.

§. 3. Ulterius Redemptor noster
aritatem exegit, ita discipulos suos &
s compellans: *Mandatum novum*
vobis: ut diligatis invicem, sicut di-
xi vos, ut & vos diligatis invicem. In
c cognoscent omnes, quia discipuli mei
tis, si dilectionem habueritis ad invi-
m. Nimirum ut per fidem intelle-
tus Christianorum conjunguntur, ità
er charitatem voluntates eorum colli-
antur. Propterea Apostolus *charita-*
em vocat *vinculum perfectionis*: *super*
mnia, inquit, *charitatem habete, quæ*
st vinculum perfectionis, & quidem exa-
tum ac perfectum ad Coloss. c. 3. v. 14. &
n epist. ad Ephes. 4. v. 3. *soliciti*, ait,
servare unitatem spiritus sive fidei, in
vinculo pacis seu amoris; cum locum
llum expendit S. Chrysostom. *vinculo,*
in-

inquit, *charitatis vult nos omnes e*
gare. Pulchrè ergo S. Ambrosius
3. de officiis c. 3. docet, quod *Eccle*
Sanctæ Congregatio in unum connex
corpus atque compactum unitate fidei
charitatis assurgat. Clemens Alex
drin. lib. 2. Stromat. postquam ex H
ma citâsset verba, quibus fides Ec
siam continere dicebatur, ità perg
Præcedit quidem fides, timor autem
dificat, perficit dilectio, scilicet n
sufficit, ut quis se Deum diligere & e
præceptis obtemperare dicat, *si uni*
tem Ecclesiæ fraternâ charitate non
quitur. Ut S. Hieronymus scribit co
ment. ad cap. 1. Proverb. Quam ef
caciter verò amor, cui conjungendi v
Platonici tribuunt, Christianos conju
gat, ex primitivæ Ecclesiæ civibus c
scere licet. Gentiles enim attoniti ap
Tertullian. exclamant: *Videte, qu*
modo Christiani inter se mutuò diligan
& ut alter pro altero sit mori paratus,

uno patre & una matre nati esse vide-ur. In Apologet. c. 39

§. 4. Sacramentorum quoque usum riſtus nobis ſub diſpendio ſalutis in-xit : Sic enim ille de baptiſmo agens uitur Joh. c. 3. v. 5. *niſi quis rena-fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt roire in regnum Cœlorum.* Cùm au-n de Euchariſtiâ agit, hæc habet ver- : *Amen Amen dico vobis, niſi ederi- carnem filii hominis, & biberitis ſan-inem ejus, non habebitis vitam in vo-* Joh. 6. v. 53. Certè in hoc ſin-los voluit baptiſari, ut unum corpus rent. 1. Corinth. c. 12. v. 13. inde quo-ie expreſſe fit mentio baptiſmatis ab poſtolo ad Eph. c. 4. ubi unitatis Ec-eſiaſticæ fundamenta deſcribit ; voluit uoque de uno conſecrato pane veſci, ut magisque coaleſcerent, & unum ſe rpus eſſe teſtarentur. 1. ad Corinth. p. 10. v. 17. Hinc diſertè S. Auguſti-us lib. de vera religione c. 17. inculcat, *uòd Sacramenta ad ſocietatem Chriſtia-*

ni

ni populi continendam constit *sint*; & epist. 118. *Societate* inquit, *novi populi DEUS per* *cramenta colligavit*. Et in e sensum etiam alibi ut lib. 19. c. contr. Faustum scribit. Illan nitatem S. Ignatius in epist. ad phes. p. m. 40. & 41. hisce ver in memoriam revocat Ephes *Studete una gratiarum acti* *uti*, *una enim caro Domini no* *JESU Christi & unus calix i* *nionem sanguinis ipsius unum al* *re &c.* Dionysius Areopag Ecclesiast. Hierarch. c. 3. co templat. 3. p. 214. *Divina*, *a* *unius ejusdemque cum panis t* *calicis communicatio divinam* *morum conformitatem tanqu* *convictoribus præscribit*, *& di* *nissimi illius convivii ceu exemp* *ris horum mysteriorum Sacr*

roducit commemorationem. S. uguſt. Tract.26. in Johan, cap. I. & Epiſtol. 59. ad Paulin in ec verba Pauli *unus panis, unum rpus multi ſumus*, exclamat: *O cramentum pietatis, ô ſignum nitatis, ô vinculum charitatis! ui vult vivere, habet ubi vivat nde vivat, accedat, credat, in rporetur, vivificetur.* Chriſtia- antiquis temporibus ante uſum ucharistæ oſculô ſe excipiebant, ijus ritus rationem exponit Pa- hymeres in cap 3. Dionyſ. Areo- ag. de Eccleſ. Hierarch. p. 274, is verbis; *oſculum quidem deſi- nat, quomodo ad unum aliquem atum per Sacram Communio- em adducendi ſint illi, qui vel ſe- um ipſi vel cum aliis in aliquo diſ- debant. Nos itaque oſculum ſi- i invicem conjungi ſignificat.*

Por-

Porrò multis & iis perquam eg
giis verbis quomodo in S. Euc
ristiæ uniamur, veteres ex
cant. S. Chrysost. homil. 24.
cap. XI. ad Corinth. *Quid,*
quit, est panis? corpus Chri
quid autem fiunt qui sumunt? C
pus Christi, non corpora multa,
unum corpus. Quomodo enim
nis ex multis granis compositu
unitus, ut nusquam appareant g
na, sed sint quidem ipsa, non m
nifesta autem sit eorum differen
propter conjunctionem: ita eti
inter nos, & Christo conjungim
Si autem ex eodem & idem ef
mur omnes, cur non etiam e
dem ostendimus charitatem?
quod ante Chrysostom. incul
verat S Cyprian. epist. 63. ad C
cil. in fine, & post illum S Au
stin. Serm. 16. ante altare ad inf

de diverſis ſupplem part. 1.
fatus : *Recolite, quia panis*
ſit de unô granô ; ſed de mul-
grana multa pendent ad bo-
m, ſed liquor granorum in u-
ate confundetur, ita & Do-
us Chriſtus nos ſignificavit, nos
ſe pertinere voluit, myſterium
is & unitatis noſtræ in ſua men-
conſecravit ; Noſtra hæc ver-
(imo totus ſermo Auguſtini)
eriuntur apud Fulgent. ho-
l. 34. de Sacram. Altar. His
am ſimilia inveniuntur apud
aldfrid. Strabon. lib. de reb. Ec-
ſiaſtic. c. 16. Tom. X. Bibl. M.
P. & Paſchaſium Ratbertum lib.
corpore & Sanguine Domini,
osque plures. Et propter
nc cauſam etiam Communio
catur *Sacramentum Cœnæ optio*
o jure, quia per illud cum Chri-

ſto

sto commercium habemus & c
nem ipsius & Divinitatem per
pimus atque adeo internos comm
nicamus & copulamur.

§ 5. Tandem Christus Jesu
qui dediet Ecclesiæ suæ *Aposto*
Evangelistas, Prophetas, Pa
res, Doctores ad Ephes, 4.
bitam ab Auditoribus obedien
am Præpositis suis præstari cu
& eos vult audiri, ut dicat eti
eos Christum audire, qui Doc
res audiunt, eos verò, qui hos sp
nunt, ipsum Christum spern
Luc. cap. X. Scilicet ut in omn
universum Societate & imper
ac parens reperitur, e.g. *in so*
tate conjugali, in quâ marit
præter & uxorem nemo super
marito imperium convenit t
Aristot. lib. 1. Politic. c. 8. c
naturâ magis aptus ad regend

qu

ım fœmina, ob præſtantiam
ûs: ùt habet Becmannus in
ıſpectu doctrinæ Polit. c. 8. p.
hoc eſt, ut ipſe capite præci-
ıti explicârat, *majorem ad ne-
ia humana aptitudinem* Conf.
ɔtium lib. 2. de jure B. & P. c.
§. 8. n. 1. p. 149. & Plutarch in
eceptis Conjugalib. p. 145. in
ietate herili hero, in paterna
ri, qui *regis inſtar* imperat 8.
ı. c. 8. 10. Eth. c. ult. 3. Polit.
XI. & in reliquis ita conſequen-
: ità non minùs in Eccleſia;
; hinc expreſsè ſit mentio *præ,
ıtorum* ad Hebr. cap. 13. v. 7. In
æco idiomate habetur vox,
am Latini retinent, hegume-
s, quô Monaſteriorum præfecti
inde ſignificati ſunt, ùt con-
ıt ex Chryſoſt. lib. 6. de Sacer-
ɔt. cap 3. & hoc ſenſu in ſubſcri-

ptionibus Act. Concilii sub M
na sæpe occurrit, quanta verò
cellentia præ reliquis hàc voce
notetur, facilè cognoscet is,
hegumenicon noverit aliàs ad
beri pro principali animæ part
quâ de re legi poterit Salmasius
Epictet & Simplicium p. 310.
& 317. nec non Diogenes Laë
in Zenone. Apud Athenien
inter novem Archontes sive Th
smothetas primus dicebatur
gemon, ùt observavit Budæus
Comment. lingv. Græcæ p. 2
Prout verò in omni aliàs Socie
te simul ac obedientia cessat,
nitas omnis tollitur; pruden
Dion Cassius: *cogitate quis fu*
res sit Ordo in familia. si à J
nioribus senes spernantur: pari
etiam fit in Ecclesia, cujus u
tas negatâ Superioribus obedie

rumpitur. Quod nè fieret mo-
sunt auditores ore Apostoli
Hebr. 13. v. 17. *Obedite præpo-
vestris, & subjacete eis* S. Gre-
ius Nazianz. in Apolog. cur in
tum fugerit, rursumque Na-
nzum redierit: *In corpore*
uit, *aliud membrum Princi-
um tenet, ac velut præsidet,
ud subest, & sequitur: ità Deus
meritum cujusque perpendit,
Ecclesiis constituit, ut alii pa-
ntur imperiumque accipiant,
tùm sermone, tùm opere ad fi-
n dirigantur: alii Pastorum
agistrorumq; munere fungantur
i nimirum virtute, necessitudi-
ad Deum & familiaritate vul-
s antecedant, rationem animæ
l corpus, aut mentis ad animam
stinentes.*

§. 6. Cæterùm cùm Ecclesia sit
tum dissimilare, quod non unius ge
ris partibus constat; corpus verò e
modi soleat habere unitatis princip
(quô ipsô differt ab homogeneo & si
lari, cujus partes ità inter se uniunt
ut nulla una pars sit cæteris princip
unitatis, ità ut non & ipsæ inter se u
tæ integrum conflare possent parte
destitutæ) apprimè utile erit ad divisi
naturam explicandam in dagare, qu
nam sit tùm in particularibus Eccles
tùm præcipuè in Catholicâ unitatis pr
cipium. Eò ducit nos Sacra Scriptu
dum corpori Organico Ecclesiam co
fert I. ad Corinth. c. 12. Nec
enim putandum est, quòd similitudi
hæ pro sermonis ornatu sint confictæ
sed pro more idiomatis prophetar
sunt intelligendæ: illo autem idiom
DEUS facturus intelligendus est, qu
per similitudinem fuerat repræsen
tum; dubium ergo non est, quin
mente Apostoli capitis usus in myst

ore Ecclesiæ ità necessarius sit, ut
corpore animalis ad vitam nun-
n non necessaria præsentia capitis.
od verò ab ejusmodi capite tàm in
ulis diœcesibus, quàm in totâ Ec-
â unitatis ratio petenda sit, ex Scri-
is fit manifestum. Hæ enim ubi uni-
fons inquiritur, à capite illam sem-
derivant, e. g. in matrimonio unum
intur vir & uxor, & quidem ad il-
unitatis formam, quâ Christus
Ecclesia unus dicitur ad Ephes. cap.
uia nimirum *caput mulieris vir* est,
is dicitur cum fidelibus Christus,
a caput fidelium Christus est, & sic
sequenter. Tale ergo caput, à
omnis unitas inter unius diœceseos
eles oriatur, ab Apostolis ex Christi
untate & dispositione institutum
emque in suâ diœcesi Episcopum ex
ro meo de consecratione liquet esse, in
â verò Ecclesiâ principium unitatis
Petrus in successoribus suis adhùc ho-
superstes. Scilicet, sicut exercitus,

ſicut navis regi non poteſt, niſi per g
dus præfectorum, qui gradus in un
deſinant; ità nec Eccleſia, niſi per m
tos Epiſcoporum gradus, qui deſinan
Petrum, & ejus Succeſſores, guber
poteſt. Explicat illud luculentè S. C
prianus ùt ſæpè aliàs, ità potiſſimùm
ſtol. 27. ſcribens: *Dominus noſt*
cujus præcepta metuere & obſervare
bemus, Epiſcopi honorem & Eccle
ſuæ rationem diſponens in Evangelio
quitur & dicit Petro: Ego tibi di
quia Tu es Petrus, & ſuper iſtam petr
ædificabo Eccleſiam meam, & portæ
ferorum non vincent eam &c. Inde
temporum & ſucceſſionum vices Epi
porum ordinatio & Eccleſiæ ratio dec
rit, ut Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtit
tur, & omnis actus Eccleſiæ per eoſ
gubernetur. Alibi audaciam Feliciſſ
eô nomine onerat, quòd *navigare*
deret ad Cathedr am Petri & Eccleſi
principalem, unde unitas Sacerdot
ex orta eſt. Petrus ergò cum Succeſſo

suis est Oeconomus totius familiæ
mini Luc. c. 12. v. 42. ac unitatis ori-
& causa, ùt alibi à me probatum
Quia verò demonstratio ista niti-
verbis Christi ad S. Petrum directis,
æ laudabat etiam S. Cyprian. agedum
de Petri personâ esse intelligenda pro-
mus. Quia verò nulla nobis melio-
succurrunt, quàm ea, quibus do-
issimus Anglorum in septimâ ad Cy-
ianum dissertatione utitur, illa ex n.
. húc transferemus. Primum est, quod
a nomina utplurimùm de ipsa personâ
gnominata pro usitatissimô Scriptura-
um more intelligenda sint, id quod
robant Orthodoxi de nomine Emanuel
dversùs Socinianos. (2) quòd nomen
llud Cephæ, cui respondet illud Petri
Græcum, diu ante confessionem illam à
prima usque ejus conversione inditum
ei fuerit à Domino. (3) Quod em-
phatica sint illa: *Dico Tibi, quia Tu
es Petrus, & super hanc petram ædifica-
bo Ecclesiam meam*, quasi de eodem dicta

essent omnia, præsertim (4) quia in idiomate Syriacô quô locutus est Dominus & scripsit Evangelista, periret omnis paronomasia, & (5) paronomasiam illam propterea induxisse videtur Græcus Evangelistæ interpres, tum quòd Petri nomen masculinum viro esset magis congruum, tùm quòd eô duntaxat nomine apud Græcos appellari solitus esset, tùm maximè quòd Petri nomen licèt saxis commune apud Græcos at certe cautibus designandis, quæ quidem solidissima essent ædificii construendi fundamenta, est quidem Petræ illud longè usitatius. (6) Quia etiam illô fundamenti nomine ità intellecto nihil tamen sequeretur, cur à sensu loci maximè obviô recedamus, nihil à scripturæ more alienum, si de Petri etiam personâ intelligamus. Nec dubium est in illos S. Petri posteros convenire hunc futuris Sæculis honorem, qui eidem S. Petro in officio præsidis singularis pro

more

ore futurarum Ecclesiarum essent suc-
ssurus, ùt ab eodem virô monitum est.

§. 7. His, quos dixi, præpositis DEus
strumenta Unitatis conciliandæ dedit,
: quibus jam ante locuti sumus, Sacra-
enta, quæ sunt canales gratiæ divi-
æ, in eorumque potestate voluit esse
tam istius gratiæ per Sacramenta Com-
unicationem, ut, quos Christianorum
onsortiô dignos vident, ad illam gra-
æ perceptionem admittant, indignos
erò & delinquentes excludant ab illâ, &
c meritâ pœnâ compescant. Apparet
erò hinc iterum, quòd in Ecclesia
dem valeant, quod caput in animali,
: quod radix in planta, unde in reliqua
nembra & partes vita derivatur. Cur
erò in singulis Ecclesiis Episcopum, &
n tota Ecclesia Catholica unum volue-
it esse unitatis principium, facilè intel-
igemus, modò meminerimus, hâc visi-
bili unitate Ecclesiæ, quam etiam ec-
ypam dicere posses, illam unitatem
sive Archetypam adumbrari. Illud

enim mysteriorum Christi consilium est ut per sensibus obnoxia ad intelligibili patefiat aditus. Id quod in mysteri suis licèt non obtinuerint, intenderun gentiles, út patet ex Platone in Phœdone & Comment. Olympiodori in hun Platonis Dialogum, Cicer. lib. 2. d legib. Plutarcho, Diogene Laerti in Antisthene, Arriano in dissertatio nib. Epicterô lib. 3. cap. 20. aliisqu pluribus Scriptoribus Gentilibus, & e Christianis, Arnobio lib. 5. Clemente i Protreptico. Hinc tot erant gradus a epoptias sive sacrorum omnium plenar participationem, ùt discimus ex Olympiodoro, *præcedebant publicæ purgationes, deinde has excipiebant aliæ reconditiores post has aggregationes: tum sequebantur initiationes, ad extremum epoptiæ.* Illa verò intellectualis unitas, quam exprimit visibilis unitas Ecclesiæ, est Monas, quæ, ut omittam Platonicos Philosophos, ipsum nimirum Præceptoren & ejus Discipulos Plotinum, Nume nium

um, Alcinoum, & Julianum in orat: am in solem scripsit p. 248. Deum minantes *unum & ipsum sive summum bonum*, tantopere à S. Patribus lebrata est, S. inquam, Athanasio orat. p. 302. contra Arianos. & libro de ecretis Nicœnæ Synodi p. 422. Gregor. azianz. in fine orat. 12. ab auctore expositionis fidei, quæ Justino tribuitur, Synesio in hymno tertio, *Cano Te unitas*, Anastasio Sinaitâ lib. 1. de rectis fidei dogmat. acharia Mitylenæo in lib. de opific. mun i Tom. 1 Biblioth. M. PP. Græco lat. p. 57. & 366. sive Pater Filius & Spiritus . *ter subsistens Unitas*, verbo Maximi Monachi cent. 1. cap. 1. 3. & 4. Et intelligere inde datur, quantopere stringat S. Cyprian. Felicissimum Epistol. 40. ità argumentans: *DEus unus est, & Christus unus est & una Ecclesia, & Cathedra una super Petrum Domini voce fundata.* Appositè S. Ignatius Episcopum modò Christi, modò Patris vicarium constituit, à cujus tanquam ca-

pitis unitate omnium membrorum profluat unitas. Episcopus ille aliàs vocatur hierarcha (nam ùt Maximus observat initiô suorum Commentariorum, solet Dionysius Episcopos vocare hierarchas) qui præest hierarchiæ, *cujus finis*, ùt edisserit Dionysius in cap 3. de hierarchiâ, *ac scopus est similitudo cum Deô & conjunctio, quantum assequi licet*, quod repetitur ab Antiocho homil. 122. Hierarchæ autem est conservare ordinem & unitatem, sive esse fontem unitatis: nam ordo est de essentiâ Hierarchiæ; Et sicut communio cum S. Johanne Apostolo, qui erat Episcopus, viam parabat ad communionem cum Patre & filio, *ut vos Societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre & filio ejus JE-*

SU

SU *Chriſto.* 1 Joh. c. 1. v. 3. ità &
nio cum Epiſcopo externa unit
os Patri ac filio, ſed de his ſuô
cô plura.

§, 8. His modis una eſt Eccle-
a; ità conjuncti exiſtunt, pro
uibus Chriſtus ad Patrem ſuum
ravit Joh. 17. v. 17. *Pater ſan-
te ſerva eos in nomine tuo, quos
ediſti mihi, ut ſint unum ſicut &
os*; tàm arctis conſtricti vinculis,
ui vivunt Chriſti Spiritu, & in
uos cœleſtis gratia influit. Jam
ideamus, quomodo tam firmis
odis conſtrictam Eccleſiam dila-
erent Schiſmatici ac dividant. Et
nitio Schiſmaticus quà talis non
umpit unitatem fidei, in eo enim
diſtinguitur ab hæreticô, nam
juxta Apoſtolum 1. Timoth. c. 1.
v. 19. *hæreticus naufragium fidei*
facit ac ab ea *recedit* c. 4. v. 1. ac

depravat *regulam veritatis*, ùt l
quitur Irenæus lib 3. c. 1. sive v
bis Tertulliani, *fidem in hære*
demutat lib. de præscript. adve
hæreticos cap. 4. Pulchrè Basili
M. Epistolâ ad Amphiloch. *A*
tiqui hæreticos vocârunt eos, *q*
omninò abrupti sunt, *& in ipsa*
de sunt alienati. Ambrosius
Prologo lib. 1. de Spiritu S. voc
hæreticos impugnatores fidei, *v*
ritatis inimicos, Nysenus aute
nuncupat Apostatas seu desert
res fidei, & in hunc sensum etia
alii loquuntur. Contra Schism
tici circa fidem & dogmata sa
sunt, ùt loquitur Zonaras ad c
non. 33. Concilii Laodicæni
S. Augustin. in quæstionibus Ev
angelicis secundùm Mathæu
cap. 11. disertè scribit, quò
Schismaticos non fides diversa fa

ciat

t, *quamvis* nihil repugnet per
idens Schisma & hæresin in
ô eôdemque conjungi & ve-
m sit, quod S. Hieronymus in
omm. ad Tit. c. 3 *habet: Nul-*
m esse Schisma, quod non sibi ali-
am hæresin confingat. An di-
ndum ergò, quod Schismati-
s unitatem fraternæ charita-
s lædat? Ità est. *Schisma,* in-
uit S. Thomas 22. quæst. 39. art.
ad Tertium p. m. 77. *per se op-*
nitur unitati Ecclesiasticæ cha-
itatis. Et ideò, sicut fides & chari-
as sunt diversæ virtutes, quamvis
ui caret fide careat charitate, ità
tiam hæresis & Schisma sunt di-
ersa vitia, quamvis, quicunq; est
æreticus, sit schismaticus etiam, sed
on controvertatur, quæ etiam su-
perioribus lucem affundunt. Pul-
hrè S. Augustin, de fide & Symbo-
lo

lo cap. X. *hæretici*, ait, *de DE falsa sentiendò ipsam fidem v lant, Schismatici autem iniqu dissensionibus à fraterna charit dissiliunt*, & lib. 4. de baptism contra Donatistas cap. 19. voc *fraternæ charitatis inimicos*, alibi nimirum lib. 2. contra Cr scon. cap. 13. rotunde scribit: *N mo qui charitatem habet, esse Sch smaticus potest.* Ejusdem etià verba sunt; *nulli schisma fac rent, si fraternô odiô non excæc rarentur.* lib. i. de baptismo con Donatist. Similiter S. Cypriani lib. de *Zelô & livore* agnoscit a *Schisma prosiliri, cùm Domin cæ pacis vinculum rumpitur e charitas fraterna violatur* Quantum vero sit odium Schi maticorum erga Catholicos omnibus constat. Optatus Mile

vitan

anus contra Parmenianum Do-
tìstam lib. 1. in princip. Tom.
Biblioth. M. PP. ità scribit:
amvis & illi non negent & omni-
s notum sit, quòd nos odio ha-
ant & execrentur, nolint se dici
atres nostros, tamen nos recede-
à Dei timore non possumus. Et
. 4. in princ. narrat, quòd Schi-
atici suis mandârint, nè *Ca-*
olicos salutarent, nè *ab iis digna-*
nem acciperent, & posteà eos
compellat: *Aliqui vestrum non*
electas proferunt lectiones, ut
ferant etiam illud, quod inter
nes homines solet esse commune,
utationis videlicet officium. Et
s ipsi aliqui in perfunctoriâ salu-
tione oscula solita denegatis, &
centur multi, nè ave dicant
iquam nostrûm, sed de his plura
bitô locô.

§. 9. Cùm veró multi aliàs agant co
tra charitatis leges neque tamen ſtat
in Schiſmatis labem incurrant , ſcire
cet, Schiſmaticos peculiari modo a
rumpere unitatem ; eandemque de
rere, ità ſcilicet, ut ipſimet ſponte
deſinant ſimul cum Catholicis uti Sa
Euchariſtiâ, quâ, ùt audivimus, Ch
ſtiani arctiſſimè inter ſe conjunguntu
uniuntur, quorum impietati prolu
runt aliqui in Eccleſia Corinthiacâ, q
cœnam ſuam præſumebant I. ad Corin
c.XI.v. 21. hoc eſt interprete *S. Augu*
no, *accipiebant ante Synaxim*, ac ità E
cleſiam Dei contemnebant, ùt conq
ritur Apoſtolus c. v. 22. Imò tan
furor eſt Schiſmaticorum, ut altaria
frangant, calices diſcerpant, & qu
horrendum eſt, corpus & ſanguin
Domini profanent. De antiquis ſi
lia refert Optatus Milevitan. lib. 6. co
Parmenian. Donatiſt. Tom 4. Biblio
M. PP. part. I. p. m. 379. *Quid t*
ſacrilegum, inquit, *quàm altaria*

quibus & vos aliquando obtulistis) *ngere, radere, removere? Hæc omnia* *or vester aut rasit, aut fregit, aut* *novit.* Et p. 380. *hoc immane*, inquit, *tinus geminatum est, dum fregistis* *am calices sanguinis Christi portato-*. Porrò exprobrat iis, quòd Ju-eos imitati sint. *Illi*, inquit, *injece-nt manus Christo in cruce, à vobis* *cussus est in altari.* & lib. 2. p. 342. *Ut* *nia Sacrosancta supra memorati vestri* *iscopi violarent, jusserunt Euchari-am canibus fundi*, & narrat, quòd *censi rabie canes ipsos Dominos suos,* *asi latrones Sancti corporis reos dente* *ndice tanquam ignotos & inimicos la-averint &c.* Dum verò ipsimet sese stinent à Sacramentis à nullo compul-, utique ab excommunicatis differunt, i à *communicatione orationis & con-entûs & omnis Sancti commercij rele-antur*, verbis Tertulliani in Apologet. on sinè summo dolore eorum, qui xcommunicant. Ità Synodi Ephesinæ

Patres

Patres gementes ad damnationem Ne-
ſtorii deſcenderunt; *Lachrymis*, inqu-
unt, *ſubinde perfuſi ad lugubrem han-
contra eum ſententiam neceſſariò ven-
mus.* Flavianus quoque in ſentent-
adversùs Eutychem ità ſcribit: *Lachry-
mantes ac gementes perfectam ejus perd-
tionem decrevimus*, & ipſe S. Leo epiſ-
13. ad Pulcheriam profitetur ſe de caſ-
Eutychis *multùm dolere*, *multumqu-
contriſtari.* Nam ùt eleganter S. Am-
bros. lib. 3. off. c. 27. *Cùm dolore am-
putatur etiam, quæ putruit, pars corpo-
ris*, Idem ergò cenſendi ſunt face-
Schiſmatici, quod, qui in civilibus mo-
tem ſibi conſciſcunt: nam utrobiqu-
partem Reipublicæ, illi quidem Eccle-
ſiaſticæ, hi verò civili injuſtè auferun-
quapropter etiam, qui ſe interfecerun-
aliquâ ignomiâ afficiuntur, ut memo-
rat Ariſtotel. lib. 5. Ethic. ad Nicomac-
c. 5. ubi Andronicus Rhodius id expo-
nens ait; *ſepulturâ eorum corpora proh-
ber-*

i, quod inter alia Demonaſſæ Cy-
Reginæ ſcita laudat Dion. Chryſo-
m. Orat. 64.

§. 10. Ulteriùs rumpunt etiàm uni-
em eam, quæ conſiſtit in obedientiâ
perioribus debita Schiſmatici, nam re-
lunt ab Epiſcopis, eorumque man-
ta conculcant, prorſuſque deſpectui
bent, quo ipſo iterùm diſcernuntur
aliis, qui quomodocunqve charita-
n violant. Id verò Schiſmaticos fe-
e ſemper certum eſt. S. Clemens in
iſt. ad Corinth. p. 101. non obſcurè
nificat, quòd Schiſmatici, quos in
ſtola illa coarguit, *officio exuere, &*
iſcopatu dejicere voluerint viros ab
poſtolis vel aliis celebribus conſtitu-
; qui *inculpatè ovili Chriſti cum hu-*
litate, quiete absque omni ſorde &
pitudine deſervierant, & longô tem-
e ab omnibus teſtimonium reportarant.
Cyprianus in epiſt. 63. ad Rogatian.
æc ſunt, inquit, *initia & ortus atque*
natus Schiſmaticorum male cogitan-
tium

tium, ut sibi placeant, ut præp *situm superbô tumore contemnant* & lib. de Zelo & livore ait, ad Sch smata prosiliri, *dum obtrectatu* *Sacerdotibus, dum Episcopis in* *videtur, dùm quis aut queritu* *non se potius ordinatum aut ded* *gnatur alterum ferre præpositum* Et in Epist. 69. innuit: *Schismat* *cos non* habere *pacem cum Sacerd* *tibus*: & cum Epist. 67. de Ep scopi Schismate dissereret, i causa Martiani Arelatensis eu arguit, quòd *Collegio Episcop* *rum insultaret*. Et sic etiam alii e S. Patribus loquuntur. Simil itaque seditiosis sunt Schismatic nam ut illis solenne est Rector bus Rerumpl. obstrepere & ab e rum jussis recedere, ut præcla toties ab Aristotele lib. 5. Polit in quo exactissimè de mutatio

Rerumpubl. diſputatur, mo-
um eſt, & Scipio quoque in
vi illâ Oratione, quam in ex-
ptis lib. XI. hiſtor. Polybii p.
899. & ſeqq. legimus, hac etiam
cauſa ſeditionem excitari ait,
n iis, qui præſunt aliquo nomi-
ſuccenſent & eorum imperium
viter ferunt; ità hi ſeſe ſubdu-
t ab obedientia Magiſtratus
cleſiaſtici, & eorum ſtatuta ac
creta ſpernunt. Hinc paſſim
Patres ajunt, quòd *rebellent.*
fidem hujus rei adſcribo verba
Cypriani ex epiſt. 69. ſequen-
: *Soli cum Epiſcopis non ſunt,*
i contra Epiſcopos rebellarunt :
lib. de unitate Eccleſiæ Schiſ-
ticum deſcribit ut *rebellem ad-*
rsùs Sacrificium Chriſti. Idem
iſt. 55. de ſuo Schiſmatico Feli-
ſimo & ejus Pſeudo-Epiſcopo

For-

Fortunato asserit, quòd *sint S*
cerdotum hostes & contra Eccl
siam Catholicam rebelles. Que
in sensum scripserunt etiam al
præprimis Optatus Milevitanu
lib. 2. ait, *contra quos vos soli pa*
ci rebelles estis. Id verò etiam a
que etiam notandum, quòd v
teres Ecclesiæ Doctores nobis d
scribent Schismaticos ùt refract
rios Romano Pontifici, & a
ejus Communione remotos,
enim apud S. Cyprianum ide
valet *agnoscere Communione*
Cornelii Pontificis Romani, quo
Ecclesiæ Catholicæ *radicem*
matricem agnoscere; ac tene
communionem ejus, est *Catholi*
Ecclesiæ unitatem pariter & ch
ritatem probare firmiter & tene
Epist. 44. & Epist. 52. initio sc
pserat secum *Cornelio hoc est c*

atholicâ Ecclesia communicare, *. Schismaticum esse ac peccato-* *m* ait Optat. Milevitan. *qui con-* *a singularem ejus Cathedram* *teram collocâret*. Ex recentiori- s scriptoribus damus Ludovi- m Eliam du Pin *de antiquâ Ec-* *siæ disciplina* dissert. 3. p. 257. quod nemini, qui eum legit, pectus esse queat ex dissentien- us, quasi affectibus & amori quid dedisset, verba ejus illa nt: *Cùm Ecclesia Romana* *pter primatum centrum sit* *itatis, ejusque Antistes cœte-* *um omnium caput constitutus* *ut Schismatis tolleretur occa-* *haud dubium, quin magnum* *ertissimum sit argumentum eos* *de Ecclesia, qui ipsi tanquam* *iti adhærent, & cum eo com-* *nione junguntur. Contra verò*

magnum esse Schismatis præjudicium, *quis ab ejus communione sit alienu*
Non tantùm verò Schismatici ipsimet a
episcopis discordant, sed aliis etiam au
ctores sunt, ut frœnum mordeant. Cy
prianus certè de Felicissimo & ejus con
plicibus Epist. 40. *Hi fomenta*, inqui
olim quibusdam Confessoribus & hort
menta tribuebant, nè concordarent cu
Episcopô suo.

§. II. Verùm hæc nondum vident
sufficere ad constituendam Schismatic
rum definitionem, nam non contin
videtur Schismaticus dicendus, qui cl
ritatem violat, proprio motu à S. E
charistiæ Communione abstinet,
Episcopis cumprimis verò S. Ponti
reluctatur; & propterea addunt S.
tres, quòd novas congregationes facia
Hinc Synodus Oecumen. 2 Consta
nopoli celebrata can. 6. definit *Schis*
ticos esse, qui se sanam quidem fi
confiteri præ se ferunt, avulsi autem
& abscissi, & adversùs Canonicos

se

pos congregationem faciunt. Cum his
ne conveniunt, quæ habet S. Augu-
n. lib. 2. contr. Crescon: ubi *Schi-*
a ait esse *recentem Congregationis di-*
ssionem. Non possum, quin adhuc
dam verba Isidori Hispalensis lib. 8.
igin. cap. 3. p. m. 1009. inter aucto-
latinæ linguæ, quæ ità sonant:
bisma à scissurâ animorum nomen acce-
. *Eodem enim cultu, eôdemque ritu*
dit ut cæteri: solô congregationis de-
fatur dissidiô. Ex quibus verbis Schi-
aticorum quoque colligas proæresin,
am S. Thomas in allegato supra arti-
o requirit. Scilicet eoipso, dùm
vos instituunt Conventus, qui cum
clesiâ neque Sacramentis, neque
edientiâ communicant, dividunt
clesiam, & ex una faciunt duas. Op-
us Milevitanus lib. 2. contr. Parme-
num ità compellat Donatistas: *Of-*
re vos dicitis DEO pro Ecclesia, quæ
a est: hoc ipsum mendacii pars est,
um te vocare, de quâ feceris duas,

Hosce suos Conventus ipsi Duces nc
erubescunt vocare partem suam. M
dò laudatus Episcopus refert. lib. 3. l.
p. 350. Donati ad venientes ex provinc
Africana fuisse hæc verba: *Quid ap*
vos agitur de parte mea? Quasi ja
populum cum DEO diviserat, ut intr
pidè suam diceret partem. Memoral
lia etiam sunt hæc Optati verba: *à te*
poribus ejus & usque in hodiernum,
quando de rebus Ecclesiasticis in judi
publicis aliqua celebrata est actio, int
rogati singuli sic apud acta locuti sunt,
dicerent se de parte Donati: de Chr
tacuerunt.Et quid de Clericis dicam c
legantur preces jam dudum ad Constan
num missæ & subscriptæ, quæ Episco
rum nomina continebant, sic datæ à
pitone & Nasucio, Dignò & cæ
Episcopis partis Donati & post ali
ait: quòd *vitiò Donatistarum in A*
ca duæ sint factæ partes p. 340. succ
temporis pars illa in plures partes
ditur, & impletur, quod S. Augu

b. 1. contr. Parmenian. habet cap. 4. *am multa frusta de illo frusto per totum Africam facta sunt: sic necesse est, ut minutatim secti conscissique dispeavt, qui tumorem animositatis suæ vinculo Catholicæ pacis prætulerunt.* Conventus verò illi, quos faciunt, non constant ex desertoribus unitatis primæ, quibus fomenta, & hortamentributerunt, ùt Cyprianus loquebatur. Et hæc Jerem. c. 17. verba perpulchrè Duces illos quadrent: *clamavit perdix: quæ non peperit, congregavit facis divitias non suas.* De Perdicibus enim veteres quidam referunt, quòd aliena ova suffurentur & incubent: Epiphan. in Physiol. c. 9. *Non sufficit illi proprii ventris fœtus sed aliarum ova diripiens in suum nidum defert.* Eustathius in Hexaëmeron p. 79. *Aliena*, inquit, *ova surrepta educit.* Ambros. Hexaëmeron. lib. 6. c. 3. *Perdicem astutam novimus, quæ aliena ova diripiat, hoc est perdicis alterius & corpore*

 suo

ſuo foveat. Quod & repetit in Epiſt
la ad Sabinum. His gemina habent Pl
laſtrius de hæreſibus in præfatione; C
ſiodorus variorum lib. 2. Epiſt. 14. I
dor. Orig. lib. 12. c. 7. Idem aſſer
Ariſtotelem, Theophraſtum, Plinium
cundum ſcribit S. Hieronymus ad cit
Jeremiæ verba commentans. *Schiſm*
tici his perdicibus ſimiles ſunt, nimir
congregant, quæ non pepererunt, Ch
ſtianos enim, quos maximè Chriſti
mine ſeducunt, jam per ipſius Chr
Evangelium natos inveniunt, & fa
unt illos divitias ſuas, non ſanè cum
dicio, ſed cum temeritate inconſidera
Non enim intelligunt ibi eſſe veram
quodammodo germanam atque radi
lem Chriſtianorum Societatem, u
iſtos ſeparaverunt, quos ad ſuas di
tias congregaverant, quæ Auguſ
verba ſunt de hæreticis (ad quos et
S. Hieronym. textum Jeremiæ l. c.
plicat) in lib. 13. c. 13. cont. Fauſtum
eô enim conveniunt hæretici & S

ſ

-atici, ut *non colligant in Ecclesiam*; *-l adducant discipulos post se* ad Rom. -p. 10. id est, *separent ab Ecclesia ad -ctam suam.* Verissimè enim cum -ertullianô in lib. de præscript. adversf. -eretic. dixeris; *negotium esse illis non -thnicos convertendi, sed nostros everten-*. Nec obstat quicquam, quin hos -onventus Parasynagogas dicamus. -xactè enim definitio à Basilio M. in -pistolâ Canonicâ primâ ad Amphilo-hium Can. 1. in Synodicô Tom. 2. p. -. 47. tradita iis convenit, *quandoqui-em sunt congregationes, quæ ab immo-geris Presbyteris, vel Episcopis & -opulo indoctô fiunt*, ut Basilium M. -atinus interpres loqui fecit. Optat. -Milev. lib. 3. sub fin. p. 355. vocat quasi -cclesiam; *Pars*, inquit, *vestra quasi -cclesia est.* Perinde verò est, à quo -i conventus excitentur, sive enim à -aicô, sive ab Episcopis introducantur, -chismatici sunt, si charitate sublatâ -um cæteris cœtibus non vivant in com-

 mu-

munione Sacramentorum & unitatem obedientiæ convellant: ut non videam cur cum Anglo illo, cujus sententia exhibetur in actis Lipsiensibus, pro diversitate introducentium Schisma triplex statui debeat.

§. 12. Ex his abunde constat, quinam dicendi sint Schismatici. S. Cyprianus in epist. ad Rogatian: 65. de illis dicit, *quòd altare profanum foris collocent*, & in epistola ad Jubajan: quæ est in editione Rigalt: 73. affirmat, *quod Novatianus audeat altare aliud collocare* & in lib. de unit. Eccles. An, inquit, *esse sibi cum Christo videtur, qui adversus Sacerdotes Christi facit? Qui se à Clero ejus plebis Societate secernit? Arma ille contra Ecclesiam portat, contra DEI dispositionem repugnat; hostis altaris adversùs sacrificium Christi, pro fide perfidus, pro Religione Sacrilegus, inobsequens servus, filius impius, fratri inimicus, contemptis Episcopis DEI, Sacerdotibus derelictis constituere audet aliud alta*

lerum çenſent profanum, nec, *quia al-*
re eſt ſedes corporis & ſanguinis Domi-
ſibi ab iſtô ſalvâ conſcientiâ licere *Sa-*
um accipere hoſtiam. Conf. Bellarmin.
. 4. de notis Eccleſ. cap. 10. §. dico
undò. Eſt autem loquendi hic mos,
o eſſentiam ac definitionem *Schiſma-*
orum expreſſuri brevibus dicimus, eos
exiſſe altare contra altare, ſinè dubio
ſumptus ex iis, quæ referuntur in
ro Joſuæ cap. 22. Cùm enim filii
uben, filii Gad, & dimidia tribus
anaſſe pergerent in Regionem ſuam
ædificarent juxta Jordanem altare
agnum, dixerunt Principes Legationis
raël. v. 16 *Quæ eſt iſta tranſgreſſio?*
ur reliquiſtis Dominum DEum Iſrael
dificantes altare ſacrilegum & à cultu
ius recedentes, illis enim verbis indiga-
tur, cum DEus unum voluerit altare
igi ad ſui cultum, non poſſe ſine trans-
eſſione mandatorum Dei ac culpâ de-
rti divini cultûs novum altare erigi,
uod & exſtructores probè intelligebant,

& propterea negabant v. 23. ea fini ex
ſtructum, ut *holocauſta & Sacrificia &*
pacificas victimas ſuper eo imponerent.

§. 13. Eôdem ſenſu, quô vete
res ajunt altare contra altare eri
gere, quoq; de Schiſmaticis dici
tur, quòd aliã Cathedram erigant
S. Cyprian. Epiſt. 67. ad Stephan
p. m. 111 conjungit hæc narrans
qualem ſententiam Novatianu
ad Communionem admitti pe
tens à plurimis ſacerdotibus retu
lerit, nempe, *eum foris eſſe coepiſſ*
nec illi poſſe à quôquam ſacerd
tum communicari, qui Epiſcop
Cornelio in Catholica Eccleſia
DEI & Cleri ac populi ſuffrag
ordinato profanum altare erig
re, & adulteram Cathedram co
locare, & ſacrilega contra veru
ſacerdotem ſacrificia offerre te
taverit. Cathedram verò ſt

tuebai

ltare, precem alteram illicitis vocibus acere &c. in citata editione pag. 185. Optatus Milevitanus frequenter dicit, quòd Schiſmatici altare contra altare erigant. Hinc lib. I. p. m. 331. ait videndum eſſe, *quis altare contra altare erexerit.* p. 332. *Sic exitum eſt foras, & altare contra altare erectum*, & ità alibi paſſim. S. Auguſtin. lib. I. contra literas Petiliani c. X. p. 79. Tom. 7. Op. ed. Baſileenſ. Maximinini ordinatores numerat inter erectores altaris contra altare. Ac paſſim receptô loquendi more Schiſmaticos dicimus eſſe eos, *qui altare contra altare erigunt*; quem ut rectè intelligamus, notandum eſt, quòd paſſim Veteres Eccleſiæ Doctores unum dicant eſſe altare in Eccleſia. *S.* Ignat. epiſt. ad Philadeph: *Una*, inquit, *eſt caro Domini noſtri Jeſu Chriſti, & unus calix in unionem Sanguinis iſtius, unum altare & unus Epiſcopus.* Et in Epiſtola ad Magneſian. in medio: *omnes velut in unum templum DEI concurrite,*

velut

velut ad unum altare. Cyprian. Epist. 40. *aliud altare constitui, aut Sacerdotium novum fieri præter unum altare & unum Sacerdotem non potest.* Et n[e] quis existimet hîc de particulari quadam Ecclesia esse Sermonem, damu[s] adhuc verba S. Hieronymi tùm ex comment: in cap. 3. Amos, tum ex C. i[n] Hos. c. 8. Priori locô ità scribit: *Unum altare Ecclesia, sed altaria hæreticorum plurima, tot enim habent Altaria, quot Schismata*: posteriori verò hæc habet *unum esse altare in Ecclesia, & unam fidem, & unum baptisma Apostolu[s] docet, quod hæretici deserentes multa si[bi] altaria fabricati sunt*; Cúm verò aud[is] unum esse altare in Ecclesia, cave sis d[e] materiali illud intelligas, omnes enim parochi in una Civitate & omnes Episcopi in diversis civitatibus diversa materialia habent altaria; sed interpretanda sun[t] Veterum verba de unô altari formaliter tali. Contra hoc erigunt Schismatici al[terum] altare, cùm proprium erigunt, &

d populum verba faciens. Hoc
ɛnſu quin Cathedræ multæ ſint
ubium non eſt. S. Cyprianus
ɛrtè ſatis clarè unicuiq; ex Epi-
:opis Cathedram tribuere vide-
ır in epiſt. XI. ad fratres in ple-
e conſiſtentes p. m. 24. Guilielm.
rito Philipp. lib. 5. de Turonen-
Metropoli ità canit: *Quæ cùm*
t Britonum caput & metropolis
na bis ſenas ſub ſe Cathedras (id
ſt Epiſcopos in Cathedris ſeden-
ɛs) *lætatur habere.* Apud Si-
onium quoq; legas, *altarium*
Cathedræ, eô locô, ubi non de
Cathedra Petri loquitur. Quin
Epiſcopi omnes incathedrari di-
ebantur, cùm ad Epiſcopatum
romoti in Cathedris ſuis collo-
arentur & ab alijs ferrentur, quâ
e re memorabilia occurrunt
pud Stephanum Eddium in vi-
tâ

tâ S. Wilfridi Episcopi Eboracensis cap. 12. Aliô ergò sensu capienda sunt SS. Patrum verba, quibus dicunt, unam esse in Ecclesi Cathedram, contra quam Schismatici aliam erigunt, & nisi fallor, hoc volunt, esse in Ecclesi Romanâ successionem Apostolicam, quæ instituta est ad unitaten conservandam, & cum S. Petri successoribus communionem ess necessariam iis, qui Schismatis labem effugere cupiunt, contra verò hanc Cathedram seu successionem aliam ponunt Cathedram, qui recenter à se ipsis exorti *fili sinè Patre*, ùt infra audiemus, cum Petri successoribus non communicant. Eum certè sensum nobis suggerunt verba, quæ Optatus supra citatis addit. Qui (Damasus Pontifex Romanus (*noste*

e

iebant unam. Hinc iterum S. Martyrem in Epist. ad plebem (quæ est 40. in editione Rigaltij) audiamus; *DEUS unus,* inquit, *est, & Christus unus, & una Ecclesia, & Cathedra una super Petrum Domini voce fundata.* Auro S. Cypriani attexamus purpuram Optati in lib. 2 p. 336. *Negare non potes, scire Te in urbe Roma Petro primò Cathedram Episcopalem esse collatam, in quô sederit omnium Apostolorum caput Petrus, Unde & Cephas est appellatus: in quâ una Cathedrâ unitas ab omnibus servaretur, nè cæteri Apostoli singulas sibi quisq; defenderent, ut jam Schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret.* Ergo Cathedrâ unicâ, quæ *est prima de dotibus, sedit prior*

Petrus: *cui succeßit Linus*, *Lino succeßit Clemens* &c. ordine enumerat omnes Pontifices usq; ad Damasum, qui illô tempore Ecclesiam regebat, Cathedra propriè loquendo apud scriptores Ecclesiasticos (nam de reliquis significationibus tùm alij multi, tùm etiàm Doctissimus Turnebus aliqua habet lib. 1. variar. lection c. 30. p. m. 1188.) est augustior Episcorum in templis locus, sedilibus Presbyterorum excelsior, in quô sedebat Episcopus (quod sederint, patet tùm ex Nicephorô lib. 13. hist. c. 4. ubi testatur, *S. Chrysostomum sedentem in ambone verba fecisse*, tùm ex S. Augustini verbis sermone 49. de divers: Ut *ergò vos non diu detineam*, *præsertim*, *qui ego sedens loquor*, *vos stando laboratis*)

ad

t socius, cum quô nobis totus or-is commerciô formatarum in una ommunionis societate concordat. Vestræ Cathedræ vos originem eddite.

§.14. Cæterùm meritò inter Schismaticos referimus quoque eos, qui etiam ost excitatum ab integro sæculo & diuùs Schisma in Schismate nati & educati int, & cum Augustino dicimus: *Schismatis crimen iis objicimus, quo penitùs mnes involuti sunt* lib. 4. cont. literas etilian. c. 25. His ut ut non omnia tradiæ per partes definitionis Schismatis coneniant membra, neque enim ab unitate cclesiæ recessisse, communionem obeientiæ & Sacramentorum rupisse &c, identur, verè tamen Schismatici sunt; ciendum enim est, quòd Schismaticoum Vocabulum sit ex iis, quæ Græci hilosophi cum Principe suo Aristotele ocant ab uno ad unum, & quidem vel rimi, vel secundi generis, quale etiam est,

est, *hæreticus*, *civis &c.* eorum ta
natura est, ut de quibusdam dicant
primariò, de aliis verò secundario.
cum Methodi leges ità exigerent, prim
rii significati vocis Schismatici definiti
nem indagavimus, ut nobis illa es
norma, ad quam exigeremus alias vo
hujus signicationes. Eam si intueam
& perpendamus, quòd qui in Schism
te nati & educati, ab unitate charitati
communione *Sacramenti* & altaris,
à Collegio Episcoporum Catholicæ E
clesiæ segregati sint, manifestum es
quòd iis, qui in Schismate nati aut p
exortum Schisma in segregi cœtu ad a
nos discretionis pervenerunt, maximè
sentialia Schismaticorum prædicata co
veniant. Imò si quisquam hos etiam
prima unitate recessisse, profanum er
xisse altare &c. diceret non omninò à v
ro abluderet. Nam cùm cœtus ex talib
constans idem quasi populus sit cu
eo, qui primitùs ab unitate semet segr
gavit, ut ex plenâ illâ consociatione vi

E

ecclesiasticæ patet, qua de re latiùs ex
lurarcho & Alpheno in Politicis dispu-
ri solet: rectè illi tribuimus, quæ hic
cit. Et hinc usitatissimè populum,
ui nunc est, alloquentes ei tribuimus,
uæ eidem populo ante multa secula ac-
derunt, ut videre est tum apud Histo-
cos, tàm & in libris Sacris ut Marc.
10. Joh. 6. v. 22. cap. 7. v. 19. 22. Act.
. 38. Conferri ac expendi etiam pos-
nt verba Ezech. c. 2. *Mitto Te ad fi-
os Israel ad gentes apostratrices, quæ
ecesserunt à me. Patres eorum præva-
icati sunt pactum meum, & filij durâ
acie & indomabili corde sunt.* Sic apud
Tacitum Antonius primus Vespasiano
nilitans milites *tertianos veterum ad-
ronet; ut sub Marco Antonino Par-
hos, sub Corbulone Armenios repulissent*,
: Piso apud eundem Tacitum objectat
Atheniensibus sui temporis vetera, *quæ
n Macedonas improsperè, violenter in
uos fecissent.* Quòd verò iis, qui ex-
ra gremium Ecclesiæ educati sunt, pro-
æresis,

æresis, quæ ad Schisma necessariò requiritur, rectè tribuatur, manifestat studiosa factæ separationis defensio, quam illi promptè suscipiunt, adeoque verbis Optati lib. 2. meritò compellantur: *Dum vos parentum errorem colentes studiosè defenditis, hæredes sceleris esse voluistis, cùm filij pacis vel serò esse possetis.*

§. 15. Cæterùm cùm supra dixerimus veteres passim Schismaticis tribuere crimen seditionis ac rebellionis, non rectiùs nos in enodandâ de Schismate doctrinâ progressuros autumanus; quam si Aristotellis Methodum, quam servat is in explicanda seditione lib. 5. Politicorum, quantum fieri potest, fuerimus imitati. Ille verò sapienter cap. Imô in fontem eorum motuum inquirit; Deinde verò cap. 2. ait explicendum esse, Imò *quomodo illi sint affecti animô, quodque sit consilium eorum, qui movere cogitant aliquid in Republica, & quæ sit in statum præsentem voluntas.* Secundò quæ

sedi

litiosis illis sint propositi fines, & tan-
m tertiò docet perpendendas esse *occa-
nes, quibus sese offerentibus perniciosa
nsilia ac machinationes diu interdum
te agitatæ prorumpunt, ac in rem de-
cuntur.* Quantum ad ipsum turba-
m fontem, cúm oculos in Respubl.
as conjicimus, facilè patet, eum inæ-
ualem esse inter cives onerum ac pu-
icorum præmiorum distributionem,
icunq; enim inæquales æqualia, æqua-
s verò inæqualia consequuntur vel
nsequi se arbitrantur, necessariò ori-
ntur querelæ ac contentiones statui
æsenti perniciosæ, nec statum Reipu-
icæ præsentem cupiunt esse salvum, qui
lædi putant. Nam ubi ultimum fit
g. in statu Veneto, non alius optatur
atus, qùod & in descriptione istius
eipubl. prudentissimus vir Caspar
ontarenus observavit, & ejusmodi se-
itiones exulant..

§. 16. Quòd verò ex eôdem
onte orrantur in Ecclesiâ Schis-
ma-

mata abunde edocet nos S. Clementis Viri Apoſtolici epiſtola Anno Chriſti 65. circiter ad Corinthios ſcripta, cujus occaſio erat Schiſma à Spiritualibus excitatum. Illi extraordinarijs erant à DEO inſtructi donis, nempe *Sapientiæ, fidei, diſcretionis ſermonum*, quorum donorum diſerta mentio fit in epiſtolæ S. Clementis § 23. 38. & 48. ac his donis elati aut æquales ſe aut certè ſuperiores præpoſitis Eccleſiæ arbitrabantur, & æqualem ſibi cum epiſcopis deberi honorem credebant, ac eô negatô contentionibûs omnia replebant. *S.* Clemens p. 105. & ſeq. *Cur*, inquit, *inter nos ſunt contentiones, iræ, ſimultates, Schiſmata & bellum? Nonnè unum DEUM & unicum Chriſtum, habemus? Nonnè unicus eſt*

Spi

Spiritus gratiæ, qui ſuper nos ef-
ſus eſt, & una vocatio in Chri-
, cur Chriſti membra divelli-
us, & diſcerpimus, & contra pro-
ium corpus ſeditionem movemus?
p. 109. *Turpia, fratres, tûrpia*
ldè & Chriſtianâ converſatione
digna famâ percrebeſcunt, an-
quam ſcil. & in fide firmiſſimam
rinthiorum Eccleſiam unius aut
orum causâ contra Preſbyteros
ditionem movere. Hos Schiſ-
aticos ob perſvaſionem æqualì-
tis aut præeminentiæ præ con-
tutis Eccleſiæ præpoſitis in Sa-
as functiones ſacerdotales invo-
ſſe ex §. 40. & 41. epiſtolæ Cle-
entinæ liquidum eſt, & jam in
æcedenti: diximus *ſacerdotes lo-*
ſuô ab *iis fuiſſe dejectos.* pag-
3. clara ſunt in hanc rem divini
riptoris verba: *videmus enim vos*

non

nonnullos à munere transduxisse,
quò præclarè fungebantur, & qui
rite & sinè ulla reprehensione co
honestati sunt. In Veteri quoq
testamento ex opinione æquali
tatis istius æmulatio incidit, inter
que tribus aliquis ortus est dissen
sus, quænam illarum gloriosô ill
nomine & titulo ornanda esset
quem ut comprimeret Moyses
jussit duodecim tribuum Princi
pes afferre sibi virgas, quæ unius
cujusq; tribus nomen inscriptur
haberent, & eas in fasciculum li
gavit, & in tabernaculô testimo
nij ac mensâ Domini deposuit
clausôq; tabernaculô eis dixit: *V*
ri fratres, cujus tribûs virga ger
minaverit, hanc elegit dominus
quæ ipsi sacra faciat & ministre
ubi, quod futurum præsciver
Moyses, inventa est virga Aar

n

Aaronis non *tantùm germinâsse* quod & *fructum tulisse.* Num. c. 17. quod exemplum S. Clemens Corinthiis pag. 97. & 98. proposuit.

§. 17. Elucescit verò hinc, quomodò sint affecti, qui in Republica seditiones movent, aut in Ecclesia excitant Schismata. Omnes scilicet, qui ad dissidendum inducuntur, ità ferè sunt animati, ut quia sint pares, paria quoque in Ecclesia atque in civitate se omnia obtinere debere putent, quæ si non obtinent, sed alii sint, qui plura & superiora omnia, ipsi pauciora consequantur, seditiones movere sòlent; vel si sint impares aliisque præstantiores & Superiores, majora quoque & superiora omnia habere se debere credunt, & ut destinatis suis potiri

possint, turbarum malunt esse Auctores, quàm aliis subesse. Id suô nos docet exemplô Aerius Schismatis novi & hæreseos Auctor. Is, referente S. August. lib. de hære sibus ad Quod vult DEum hæres. 52. Tom. 6 Oper. p. m. 25 *doluisse fertur, quòd Episcopus non potuerit ordinari*, promotô ad Episcopatum ejus sodale Eustathiô, cum quô monasticum vitæ genus fuerat amplexus. Atque hinc, ut bene S. Epiphan. lib. 3 advers. hæres. hæresi 77. p. m. 905 *simultas ex æmulatione orta est cùm nullum succensendi modum faceret Aerius, rixæ ac jurgia indie ingravescere, ac multæ simultates augeri cœperunt*, donec ùt p. 906. porrò narrat Epiphan: *a Episcopo suo discederet, & magnam vim secum utriusque sexû hom*

minum abduceret, qui omnes ab clesiis, agris & oppidis arce- ntur. Ità ſeſe gerebat Aerius, im ſibi & Sodali ſuo tanquam qualibus non tribuerentur æ- alia munera, niſi fortaſſis ſe periorem finxerit Euſtathio opi- one ſcientiæ turgidus. Ma- am enim ſibi ſapientiam tribu- t hæretici pariter & Schiſmati- ut notatum eſt à S. Irenæô lib. c. 2. & lib. 2. c. 54. & Clemente ex. lib. 7. Stromat: *Omnes* mirùm verbô Tertulliani lib. præſcript c. 41. *tument, omnes pientiam pollicentur.* Et hinc is ſeſe majores arbitrantur; & Epiſcopatus præ reliquis ob ex- lentiam imaginariæ eruditio- ſeſe promovendos eſſe cre- nt. Id verò antiquis potiſſi- m temporibus videtur eò fa-

ctum, ut sophisticam suam Sapientiam in Conciliis, quæ illis diebus frequenter celebrabantur, ostentare possent. Nam nunquam nisi Episcopi in Conciliis sententiam ferre potuerunt. Eam sanè ob causam in Conciliô Chalcedonensi, cùm Clerici inferiores sese immiscere vellent, à Patribus clamatum est; *Synodus Episcoporum est, non Clericorum superfluos mitte foras.* Act. 1. Et Act. 5. ejusdem Concilii refertur quòd in Constantinopolitano Conciliô sub Leone Imperatore præsidente Flavianô rogatus quidam Presbyter à Discorô hæretico, ut subscriberet, responderit: *Non est meum subscribere Episcoporum tantùm est.* Ut itàque fimbrias suas dilatare valerent, & gubernandi facultatem

ob

obtinerent, adeò ſolicitè Epi-
ſcopatus ut aliis majores ambie-
bant. Quod verò diximus de
Aeriô, eum, quòdcum ſodale
ſuo non conſequeretur æqualia,
ſegregem inſtituiſſe cœtum, id
aſſerendum etiam de Thebute ex
Hegeſippô apud Euſebium lib. 4.
hiſt. Eccleſ. cap. 22. p. m. 142. cu-
jus hæc ſunt: *poſtquam Jacobus
cognomentô juſtus martyrium per-
inde ac dominus pertulit ob ejus-
dem Doctrinæ prædicationem,
rurſus frater Patruelis Domini
Simeon Cleophæ Filius Episcopus
conſtituitur: cunctis unô conſenſu
ſecundum Antiſtitem illum renun-
tiantibus, eò quòd cognatus Do-
mini eſſet. Et Eccleſiam quidem
hactenus virginem vocabant, pro-
pterea quòd vanis ſermonibus non-
dum corrupta fuerat. Primus*

Thebutis indignè ferens, quod minimè creatus esset Episcopus, eam occultè vitiare est aggressus.

§. 18. Finis, qui propositus est iis, qui in Republica turbas excitant, est vel quæstus vel honor, & his aut oppositum damnum vel dedecus, sive illa nos sive amicos nostros attingant, nam & injuriam amicis illatam suam facere solent homines plerumque. Quibus fortassis & voluptas jungenda, quæ mortalium pectora promptè ducit. Certè ambitio & avaritia *omnium malorum & calamitatum elementa*, ut vocat Timon apud Stobæum serm. 10. sive *omnium motuum principia*, judice Thucydide, *existunt*. Et Salustius, *cum pecuniæ*, inquit, *cupidine crescit cupido imperii, quæ materies sunt atque elementa*

omni-

omnium malorum graviumque motuum in Rebuspubl. In quibus ergò Rebus-publicis multi pecuniæ ac honorum desideriô æstuant, in illis subinde tumultus fervere necesse est; quemadmodùm e contrario illam civitatem optimè & procul à seditionibus permanere judicabat Plato lib. 4. de Republ. in qua cives minimè honores ac divitias sitiunt. In Ecclesiâ DEI pariter seditiosi homines in transversum aguntur ad Schismata excitanda cupidine honoris & quæstûs. In Veteri Testamento Core, Dathan, Abiron cum complicibus contra Mosen surrexerunt & Aaron, indignantes, quòd non ipsi, sed *illi super populum Domini elevarentur* Num. cap. 16. v. 3. *sive Sacerdotium sibi vendicarent* v. 10. *ac populo do-*

 mi-

minarentur v. 13. & hinc thuribulum ſumere auſus eſt Core v. 17. & 18. In cœteris præter illos Primipilos videtur ſtudium æqualitatis aliquod fuiſſe, in Principibus verò illis libido præ aliis eminendi, illius intuitu ſupra exemplum allegavimus. In novo quoque teſtamento videntur Sacerdotes ex quadam ambitione ſeorſim Conventus & Congregationes inſtituiſſe, quod colligere licet ex illis vocibus; ego ſum *hujus*, ego *illius* 1. Cor. 1. v. 12. Unde etiam Paulus illos ut carnales 1. Cor. c. 3. v. 2. 3. id eſt ut vanitate quâdam inflatos arguit. S. Gregor. Nazianz. Orat. 3. quæ eſt de pace, cùm dixiſſet omnium eſſe improbiſſimum ac maximè deplorandum, quòd ii quoque, qui eandem fidem profitentur, bella inter ſe gerant, in

in mali causam inquirens ità perorat: *Et quæ huic rei causa est? dominandi amor fortasse, vel opum cupiditas, vel livor, vel odium vel superbia, vel aliquid eorum, quibus nè eos quidem, qui Deum nullum putant, laborare conspicimus.* His omnes Schismaticorum fines complexus, quanquam verissima sint, quæ habet S. Chrysost. homil. 11. in epist. ad Ephes. *Nihil Ecclesiam æquè potest dividere ut ambitio & amor imperii Ecclesiastici & gerendi Magistratus.*

§. 19. Quòd verò & dedecus ac damnum aliquod ad Schismata & hæreses excitandas accendere possit, exemplum Marcionis, de cujus ætate Clemens Alexandr. lib. 7. stromat. Pearson in vindiciis Ignatii, Dodwell. de Succes-

 sion-

sione Romanor. Pontificum ad Pearsonium & alii sunt legendi, patefacit. Non abs re erit verba S. Epiphanii de Marcione ex hæresi 42. adscribere; illa verò ità habent: *Initiô vitæ castitatem præ se ferens Monachorum instituta professus est parente natus Catholicæ Communionis Episcopo, postea cùm virginem quandam adamâsset, ac fraudibus pellexisset, ab spe vitæ cœlestis illam juxta ac semet ipsam dejecit. Ob hunc igitur incestum Ecclesiâ ab ipso parente pulsus est virô cumprimis Religiosô ac veritatis amore flagrantissimo, & in hac Episcopalis muneris administratione præstanti. Cui cùm Marcion diu multumque supplicasset, ac pœnitentiam postulâsset hanc à Patre precibus nullis obtinuit. Vehementem quidem*

dem ex ea re dolorem optimus se-nex & Episcopus ceperat, quod non ille solùm excidisset sed & ignominiam ac dedecus imposuisset. Ergo ubi se nullis artibus eblandiri posse, quod cuperet, animadvertit, popularium suorum probra ac ludibria non sustinens, clam ab oppido secessit, ac Romam post Hygini Papæ obitum sese contulit. Eò statim ac Marcion pervenit, ad seniores adiens, qui ab Apostolorum Discipulis edocti supererant, ut in communionem admitteretur, ab iis frustra petiit. Quam ob rem extimulatus invidiâ, quod non Principem illic locum ac nè Ecclesiæ quidem aditum impetrâsset, ad impostoris Cerdonis hæresin confugere in animum induxit. Verba hæc, etsi paulo prolixiora, dedimus, quôd clarè edissera-rant,

rant, quomodo Marcion tùm voluptate illectus, tùm etiam ignominiæ, quam meruerat, ſenſu dolens in Schiſma & hæreſin præceps fuerit lapſus.

§. 20. In Republica turbulenti homines, etſi variis jactentur conſiliis, peſtilentes tamen ipſorum cogitationes & conſilia erumpunt & in actum deducuntur. (1) Cùm honor & quæſtus obtingunt aliis, quos illis indignos eſſe putant (2) quando qui Magiſtratibus præſunt, privatos contumeliis afficiunt, cujus rei exempla & hiſtoria Romana & Florentina & Helvetica ſuppeditant (3) dum metuunt, vel imbeciliores aut tenuiores, nè injuriâ à potentioribus afficiantur, vel nobiles, nè plebs, penes quam imperium eſt, inſidias ſtruat. (4)

Quan-

Quando aliquis civis aut pauci ſive Magiſtratus ſive privati nimis aucti ſunt vel dignitatibus, vel opibus, vel genere, vel affinitatibus, vel quâvis aliâ re, tum non quieſcunt, ſed volunt plenè & abſolutè dominari; & omnia jura Divina atque humana pervertunt propter eum, quem ſibi errore opinionis finxerunt primatum. (5) Ubi vel contemnentes invadunt eum, quem contemnunt: vel contempti contemptum ſui in contemnentibus ulciſci volunt (6) quotiescunque ordo aliquis in Republicâ augetur (7) ſi videant Magiſtratus in viles admodum perſonas conferri (8) vel qui præſunt, negligenter admodùm habere Rempublicam (9) res magnas contemni, parvas verò exaggerari &c. quæ omnia

à Platone æque ac Ariſtotele hujusque interpretibus Obertô Giphaniô, Michaele Piccatô & hujus præceptore Scherbiô uberius explicantur.

§. 21. In Eccleſiæ Chriſti perturbationibus, licet non omnia ea, quæ in ſeditionibus adverſus Rempublicam contingere memoravimus, eveniant, nec ſemper turbulenti novatores easdem cum iis, qui civiles diſcordias ſeminant habeant occaſiones, quibus applaudentibus deſtinata ſua evincant, rerum Magiſtra experientia nihilominùs docuit, quòd faventibus eorum auſis ferme iisdem, quas §. præcedenti tetigimus, occaſionib9, Schiſmatici turbas dederint, hoc tantùm intercedente diſcrimine, quòd hi ſeſe

vel

vel contumelia affectos vel contemptos &c. esse fingant, cùm re ipsâ nihil perpessi fuerint, illi verò sæpiùs enormiter læsi sint. Rem ità sese habere historia Ecclesiastica abunde confirmat: juvat tantùm duo in fidem rei hic recitare exempla. In Ecclesiâ Romanâ omnium aliarum matre Schismata excitata sunt à competitoribus, cùm alii Cathedram Petri conscenderunt, eò quod honor longe maximus Pontificis semper fuerit, divitiarumque insignis copia à tempore Constantini M. Ammianus Marcellinus homo Gentilis expendens tumultus ab Ursicino factos, cum Damasus eligeretur ità lib. 27. scribit. *Neque ego abnuo ostentationem rerum considerans urbanarum hujus rei cupidos ob impetrandum, quod*

ap-

appetunt, omni contentione laterum jurgari debere, cùm id adepti futuri sint ita securi, ut ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis incedentes, circumspectè vestiti, epulas curantes profusas, adeò ut eorum convivia regales superent mensas.

Ignominiæ sensûs quantum ad Schismata impellat homines, exemplo Lucillæ discere licet, ea à Cœciliano arguebatur, quòd ante Sacræ Eucharistiæ communicationem os cujusdem martyris nondum vindicati libare diceretur; unde furor divitis & impotentis animi fœminæ in Cœcilianum exarsit, ac alios etiam accendit, ut absentem & innocentem traditionis damnarent, & cum à Felice Aptungitanô Episcopô

ſcopô manus imponente Cœcilianus jam Epiſcopus ordinatus eſſet, domeſticum Lucillæ Epiſcopum Carthaginenſem, Majorinum ſcilicet, ordinarent. Et ſic Schiſma Donatiſtarum verbô Optati Milevitani, qui hæc lib. 1. narrat, *confuſæ mulieris iracundia peperit, ambitus nutrivit.* Non tantùm ergo *vir iracundus*, ut Salamon proverb. cap. 15. ait, *rixas provocat*, ſed & mulier iracunda, odium, cuiidem tribuitur effectus proverb. cap. 10. Schiſma introducere apta nata eſt. Exempla hujus generis alia ex hiſtoriis Eccleſiaſticis ſtudiosè congeſſi, ſed nè Tibi, Reverendiſſime Domine, faſtidium pariant, hâc vice non recitabo. Quamvis etiam alia ſubſit cauſa, cur

cur hic ſubſiſtam. Judico verò ex his etiam apparere poſſe, quibus initatur fudamentis meum de Schiſmate opus. Si intellexero Tuæ Reverendiſſimæ Dominationi non diſplicere; calcar mihi ad ea, quæ deſunt (hæreo enim adhuc in laborioſiſſimâ illâ ſectione elaboranda, quâ via quibusque argumentis Sancti Patres ad tempora usque Gregorii M. Schiſmaticos ad unitatem Eccleſiæ reducere ſategerint) perficienda addetur. Aut ſi ità viſum fuerit, tmema præmittetur, quô Euclideâ methodô moderni Schiſmatis auctores eſſe Lutherum & ejus Aſſeclas demonſtro, eà uſus moderatione, ut non putem, vel verbum excidiſſe, quod quenquam lædere poſſit. Sum enim ab acri inſectatione hominum et-

etiam, qui maximè eâ digni videbantur, aliениſſimus, niſi vi quâdam ad fragoſa hæc compellar. Sanè propemodùm invitus diſputationem (& vel eà de causâ digreſſionem de Schiſmate attexui, nè ſub meo nomine publice compareat, quod mere eriſticum videri queat) illam cum Peſaroviô de Lutheri moribus ingreſſus ſum, licet aliàs perſvaſus ſim, nihil tam atrox in Lutherum ſcribi aut dici poſſe, quin multô graviora optimo jure mereatur; quod non nemo ex Proteſtantibus de Pontifice ſummô efferre non erubuit. Si mihi per Peſarovium licuiſſet eſſe quieto, aliis ſuavioribus ſtudiis tempus mihi aliàs chariſſimum impendiſſem. Eundem & Tibi, Per-illuſtris Domine Præſul, animum eſſe, ſæpiùs de-

declarâſti, cùm ferales illas ſchedulas Mayeri, quibus nomen Logicæ neſcio cujus præſixit, excuteres. Quapropter etiam ei, qui omiſſis, quæ ad rem faciunt, verbis contumelioſis turpem animi impotentiam prodit, nihil quicquam impoſterum reſpondere firmiter conſtitui, ſecuturus ſapiens conſilium unius ex priſcis, qui provocatus ad convitiandi certamen, *in hoc quidem*, inquit, *nunquam deſcendam, in quó victor victo ſit deterior; ergo tu quoque quisquis es, noli unquam cum malis contendere, & primus eſſe in hujusmodi certaminibus, ſed ante omnia, ſi fieri poteſt, cura, ut fugias, quod ſi quando majori vi coactus fueris in certamen deſcendere, nec te vinci pudeat,*

deat, ſic enim demum, ſi vincaris victor evades, quando in hoc genere victor vincitur, nec exſpectes, dùm adverſarium aut præco viciſſe pronuntiet, aut certaminis Præſes coronet, ſed ipſe accedito, palmam porrigens, atque etiam, ſi libet, coronas lemniſcatas imponito, ipſe victorem magnâ intrepidaque voce promulgato in hanc formulam: in hoc concupiſcentiæ, furoris, intemperantiæ, inſapientiæ, injuſtitiæque propoſitô certamine ſpectatores vosque certaminis Præſides equidem victus ſum, vicit autem iſte & in tantum vicit, ut nè nos quidem invideamus ejus adverſarii. Si tamen alicui modeſte mea excutere viſum fuerit, non niſi moderatiſſimum à me reſponſum

præ-

præstolabitur. Sed quo dilabor? Non diutius in charas horas tuas, Reverendissime Domine Prælate, peccabo, hoc unum precatus, ut gratiam, quâ frui hactenus mihi uberrimè licuit, porrò in me diffundas, & juxta veterem loquendi formulam tuum mihi affectum perseveres. Ego, quamdiu his mortalibus interero, istum prolixum favorem quâvis officiorum promptitudine germano candore demereri omnibus viribus conabor. DEUS Tè servet, Reverendissime ac amplissimè Domine, & consilia, quibus Tuam suffulcire sanitatem laboro, porrò jubeat esse salutaria in Ecclesiæ, Ordinis Tui ac studiorum decus & incrementum!

FINIS.

Addenda.

QUerelis illis doctorum, quorum p. 39. mentio fit, plures aliæ adjici possunt. Multos ejusmodi questus reperire licet in *mystrio iniquitatis Pseudo Evangelicæ* sive *dissertat: Apologetica pro doctrina Arndii &c. ad versus Centauros quosdam Pseudo Evangelicos & Sophisticam illorum Theologiam*; qui liber Goslariæ A. 1621. editus est Auctore Brellero. Planctibus ejusmodi refertus est liber cujus titulus: Teutsch Evangelisches ärgerliches Christenthumb Bernhardi Bawman Concionatoris Berowiensis in Prusia, quod scriptum lucem vidit A. 1645. Sed præ primis Eliæ Prætorii Spiegel der Mit-Bräuche beym Predig-Ampt im heutigen Christenthum consuli debet. In eô, etsi omnium religionum Antistites in sacris perstringat, omnium maxime tamen in Lutheranos, in quorum cœtu vixit, invehitur, ac quanta morum labes in illis cernatur, magnâ emphasi & luculentè edocet,

Meum

Meum adversarium Pesarov: remitto ad p.322. ubi capitis inscriptio ita sonat; daß die heutige Prediger vor den Augen Gottes und seiner Kinder rechte Ehren-Diebe seyn. Quod verò etiam illa impietas, quæ ita grassatur, fluat ex doctrina idem Prætorius non dissimulat; nam sub finem libri anacæphaleosin instituens pag. 724. N. 10. scribit: Ihr Leben zeuget von ihrer Lehre / wie die Früchte von dem Baum/daß sie Falsch seynd: & p. 282. probare fategit: daß die heutigen Prediger die Menschen mit ihrer Lehre vom Glauben verführen ꝛc. Multa in hunc sensum in Scriptis Dn. D. Speneri passim occurrunt & contra Schelwigium scribens innuit misevam esse faciem cœtus Lutherani, in quo per calumnias & Convitia laudem reportare quisquam possit.

Errata Typographica, quæ & in Manuductione & in Rationibus selectioribus & in hâc dissertatione & multa & magna occurrunt, B. L. mihi â loco impressionis remoto non imputabit, sed benevolè corriget.



